410348

Reſponſorum ſiue Conſiliorum;
Iuris Germanicorum,

DN. IACOBI THOMINGII, VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS MAGNIFICI, ET COLLEGII IVRIDICI IN ACADEMIA LIPSIENSI QVONdam Præſidis ordinarii præclariſſimi:

NEC NON

DN. ABELIS STRASBVRGI, IVRECONSVLTI EXIMII, ET REIPVBLICÆ NORICÆ QVONdam Conſiliarii, cauſarumque Patroni excellentiſſimi:

Volumen Secundum.

IN QVIBVS QVÆSTIONES TAM CIVILIVM QVAM CRIMINALIVM CAVSARVM INPRIMIS ARDVÆ, ATQVE incidentes negotiorum quotidie grauiſſimorum controuerſia, exquiſitiſſimo iudicio ſummaque diligentia pertractantur.

OPVS RERVM AMOENA TRACTATIONE IVCVNDVM, ET DECISIONVM IVDICIOSA GRAVITATE FRVCTVOSVM: SCHOLIS deniq; & foro diſcentibus; ius item reddentibus atq; conſulentibus non minus vtile ac neceſſarium.

IAM PRIMVM EXCVSVM, HACTENVS A NEMINE VISVM, ET VArietate typorum, tam in textu quam allegationibus diſtinctum.

Acceſſit demum INDEX rerum, verborum ac ſententiarum locupletiſſimus.

Cum gratia & Sacra Cæſarea 

PRIVILEGIO Maieſtatis.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Excudebatur typis Ioannis Saurii, Impenſisq; Petri Kopffij, Bibliopolæ.

ANNO CHRISTI M.DC.IX.

Digitized by Google

NAPOLI

IACOBI THOMINGII IC.

RESPONSVM

DE MODO ET RATIONE DISCENDÆ Iuriſprudentiæ.

QVONIAM à me ſcire deſideras, vt qua tibi proxima & quaſi compendiaria via ad iuriſprudentiæ non ſolum veram, ſed facilem etiam cognitionem pateat aditus: & quo tandem modo ipſum hoc iter tum feliciter ingredi, tum vtiliter confi ere poſſis: age morem geram deſiderio tuo: & quid ego de tota hac re ſentiam, paucis explicabo. Et primum quidem nihil refert admonere: ab Inſtitutionum imperialium libris (id quod nemo ignorat) huius ſtudii compendium eſſe primordiũ: quippe qui & optimo digeſti conſcriptiq; ſunt ordine: & potiſſimam iuris noſtri ciuilis partem, ac verum quaſi nucleum ambitu ſuo complectuntur. Illud vero monitu forte non indignum fuerit, in horum librorum cognitione lente feſtinandum hoc eſt, neq; nimis multam, neq; vic ſſi n nimis paruam operam eſſe conſumendã. Nam & illi, qui ſimul ac hoſce, de quibus loquimur, Inſtitutionum libros, vel audire, vel ipſi legere cœperunt, omnes, qui in eo extant, omnium cõmentarios ſtatim euoluunt, & qui contra eorundem cognitionem leuiter tantum, & primorib. vt aiunt, labris attingunt, vtriq; ſtudiis ſuis male conſulunt. Hi, quod non ſatis firma, nec diligenter explorata ponunt principia: illi, quod copia & multitudine commentariorum, illud ipſum, quod ingredi cogitant, ſtudiorum iter ſibimet ipſi obſtruunt quodammodo atq; intercludunt, aut ſaltem non tam accelerant, quam retardant. Verũ itaq; in eiſdem iſtis libris cognoſcendis modũ adhibere qui volunt: illis neceſſe eſt, eos ſic vel audiant, vel legant, vt primum omnium veram textus mẽtem ac ſententiã perſpiciant. Quod vt aſſequantur, nihil ſane attinet, verboſa ac difficilia commentaria, ſed breues tantum quaſdam adhibere interpretationes, quæ non tã materias explicent, quam verborum intellectum ac mentem aperiant. Perſpicuis enim dubia illuſtranda ſunt, vt Cicero vult: dubiis autem vel difficilibus perſpicua tollenda non ſunt. Quo labore abſoluto minime quidem refragor, quin ſtudioſi copiosiorem adiungant horum librorum explicationem: dummodo vnum aliquem vel alterum auctorem, inprimis tamen probatum è multis deligant: pluſq; interea & temporis, & operæ ponant in ipſis textibus cognoſcendis ac perdiſcendis. Adeo quidem, vt memoriæ, ſi fieri poſſet, integros hoſce Inſtitutionum libros mandari exoptatem: aut ſaltem ita frequenter legi ac relegi: vt ſtudioſi vniuerſas ac ſingulas eorum deciſiones decuſſas animo, & prope decantatas haberent. Veruntamen hæc cum dico: non ita me velim intelligi, quaſi eos qui ad ciuilem legum diſciplinam animos primũ applicant, omnia priuato ſtudio, ſuoq; vt dicitur, Marte conſequi poſſe exiſtimem. Nam cum nulla ars literis percipi ſine interprete poteſt: tum vel inprimis ius ciuile noſtrum (vt Cicero Trebatium grauiſſime fideliſſimeq; admonet) ex libris nequit cognoſci: qui quanquam plurimi ſunt, Doctorem tamen lumenq; deſiderant. Porro cum lectione Inſtitutionum duos illos titulos Pãdectarum, quorum alter de verborum ac rerum ſignificatione explicat, alter vniuerſales totius fere iuris regulas complectitur, non inutiliter, magnoq; adeo cum fructu ſtudioſi coniungent. Hac enim ratione non ſolum earum, quas ciuilis hæc ſcientia bene multas ac proprias habet, tum vocum, tum dicendi formarum vim ac poteſtatem (quę ad leges bene intelligendas valet ſane plurimum) verum vniuerſalia quoq; illa, certaq; & immota iuris principia, (quæ tũ ad veritatem inueniendam, tum ad controuerſias recte diiudicandas, non parum adferunt adiumenti) ex quo ſane negotio ſimul etiam addiſcent. Quam quaſi telam ſimul ac pertexuerint: ad lectionem eorum ſe conferent auctorum: qui, quæ toto iure noſtro vage ſparſa diſiectaq; ſunt, ea colligũt, & in vnum quaſi corpus commode ac ſummatim redigunt; formamque adeo ipſam, & tanquam faciem Iuriſprudentiæ adumbrant, & ſtudioſis ad oculos aſpectumque ponunt. Quo in genere Azonis & Hoſtienſis ſcripta, propter excellentem quandam doctrinæ præſtantiam, & tempeſtiuam iudicii maturitatem, ab eruditis potiſſimum video commendari. Nam Baldus Peruſinus, egregius non ſolum Iureconſultus, ſed eximius etiam Philoſophus, ipſum illum quem modo dixi, Azonem, vas ac fontem legum appellare minime dubitauit; & Alexander Tartagnus, ſingularis doctrinæ, maximiq; vir iudicii, Hoſtienſis ſummæ tantum tribuiſſe dicitur, vt illam omnibus legum commentariis anteponendam eſſe cenſuerit. De veteribus loquor ſcriptoribus: nam qui noſtra memoria iuris ciuilis diſciplinam compendiariè tractarunt: in his clariſſimus doctiſſimuſq; vir Matthæus Weſenbecius tam alte ædificauit, vt reliquorum in ſimili ſcriptionis genere verſantium luminib. facile obſtruxerit. Hac adhibita præparatione, ſtudioſi grauioribus etiam prælectionibus, Pandectarum ſcilic. Codicis, Decretalium, & reliquorum eiuſdem generis librorum, operam dare, & in patentem ac immenſum Iuriſprudentiæ campum excurrere, non modo non verebuntur, ſed vtiliter quoq; & fructuoſe poterunt:

† a terunt:

Digitized by Google

terunt: vtpote qui in tantas incidere ſalebras, vix ac ne vix quidem poſſint, è quibus illo, quod ſupra diximus, freti adminiculo nequeant eluctari: dum tamen meminerint, momenta rationum & textuum, auctoritatibus interpretum potiora ſemper eſſe ducenda, neque enim in diſciplinæ iuris ſtudium ſic incumbendum eſt, vt præter ea, quæ à commentatoribus traduntur, nihil ſcire, nihilq; habere videamur: ſed ita potius, vt (cum ſuo cuiq; iudicio vtendum ſit) ipſos legum fontes, quoad eius fieri poteſt, penitus combibamus: inq; ſuccum, & quaſi ſanguinē conuertamus noſtrum: ac proinde vel ipſorum etiam interpretū ſcripta, veritati ſint ne conſentanea, an vero, ab eadem diſſideant, ipſimet diiudicare, & ad Lydium quaſi lapidem exigere poſſimus. Eam vero ad rem conſequendam plurimum ſane profuerit, ſi præterea adiungatur vſus frequens, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Nam quod dicitur theorice (libenter enim vtor verbis Baldi) id dicitur quaſi ſub nube: contra vero vſus & praxis verum præbet legum ac iuris intellectum. Nam vt ars ſine vſu, fructus & vtilitatis expers eſt quodammodo, & vſus ſine arte mancus & imperfectus: ſic cum vſus acceſſit ad artem, tunc ſolet negotio quid præclarum, ac ſingulare exiſtere. Quapropter ſi me voles audire, praxin cum ipſa ſtatim iuris cognitione cumulabis atq; cōiunges: non ita quidem, vt prius ad agendum venias, quam ad diſcendum (quod apud Ciceronem L. Craſſus præpoſtere ſe feciſſe conqueritur) ſed vt primum omnium generalem quandam adhibeas & ſummariam iuris cognitionem: eaq; percepta in fidem te ac familiaritatem vnius aut alterius conferas Iuriſconſulti, ſingulari doctrina præditi, nec minus bene in cauſis forenſibus tractandis exercitati. Ab illo nonnunquam acta legenda, nōnunquam producta, quæ vocant, tibi tranſcribenda dari petas: cum illo de praxi recte tum inſtituenda, tū exercenda, in ſermonem nonnunquam, & colloquium venias: nonnunquam deniq; & ipſe in agendis tractandiſq; cauſis, ſi non ſeriis, at certe fictis ac commentitiis, præparationem diligentem adhibeas: ſicq; ea, quæ agenda ſunt in foro tanquam in acie, etiam nunc exercitatione vel ſeria, vel ſaltem quaſi ludicra prædicas. Hoc etenim pacto fiet, vt quas in Scholis, & priuatos intra parietes addiſcis leges, eas non ſolum melius intelligere, verum etiam ad praxin & vſum accommodare, & quaſi in forum deducere confeſtim aſſueſcas: &, quod conſequens eſt, tam theoriæ, quam praxeos ſtudium, vno & eodem felicique adeo diplomate abſoluas. Cum interim alii, qui leges primum nude & ſimpliciter in Scholis (quomodo noſter Baldus loquitur) deglutiunt, & poſtea interuallo quodam interiecto, in palatiis demum digerunt, duplicem impendere curam ac laborem, & duo quaſi itinera ſtudiorum, cum maximo non ſolū tædio, ſed ſummo etiam incommodo ſuo conficere neceſſe habeant. Atque hæ quidem tum præparationes, tum exercitationes, illis ſatis eſſe poterunt ſtudioſis, qui nuda legum contenti ſcientia, Iuriſprudentiæ fines longius proferendi nullam ſuſcepere cogitationem. Atqui ego, cum me ex illorum non eſſe numero profitear, qui præpotentem huius diſciplinæ Philoſophiam, anguſtis & minuſculis illis de alluuionum, vſucapionum, agnationum, tutelarum, teſtamentorum ruptorum vel raptorum, & cæterarum eiuſce generis exilium rerum finibus terminandam & circumſcribendam eſſe arbitrantur: multo me hercule longius conſeo progrediendum, & ad illas, quas modo dixi, non ſatis late continuatas poſſeſſiones, adiicienda liberalium etiam & manſuetiorum latifundia diſciplinarum, ſi non omnium (nam Iuriſconſultis, cū illo apud Ennium Neoptolemo, paucis eſt philoſophandum, cum omnino haud liceat) at certe quarundam, & illarum præſertim, quæ ad ius ciuile rectius intelligendum, commodius tractandum, meliuſq; tuendum ſatis eſſe videbuntur: cuiuſmodi ſunt Latini ſermonis elegantia, diſſerendi ſubtilitas, eloquendi ſapientia, doctrina de vita & moribus, hiſtoriæ antiquitas, ipſa deniq; ſacrorū Bibliorum lectio aſſidua: quæ iuris ſtudioſo non vtiliſſima modo, ſed & ſumme neceſſaria eſt.

CONSI-

CONSILIORVM D. IACOBI THOMINGII J. U. DOCTORIS EXIMII, ET COLLEGII IVRIDICI IN ACADEmia Lipſenſi quondam Præſidis ordinatij, &c.

VOLVMEN SECVNDVM.

CONSILIVM I.

SVMMARIA.

1 *Species facti ſiue caſus.*
2 *Priuatio habitum præſupponit.*
3 *Qualitas alicuius effectus quotieſcunq; eſt productiua, iſte effectus nunquam in eſſe producitur, niſi qualitatem legitime ſubeſſe probetur.*
4 *Nemo vt talis, eſt admittendus, niſi prius ſe talem eſſe oſtendat.*
5 *Petens ſe admitti, ante omnia ſe talem eſſe planum faciat.*
6 *Contractus ex conuentione legem accipit.*
7 *Negligens legem, iterum à lege negligitur: in quibus hoc valeat, num. 8.*
9 *Conditioni præciſe factæ quando parendum.*
10 *Qualitas maior in mundo non eſt, quam illa, quæ per cauſam finalem importatur, ſine qua aliquis non eſſet alias contracturus.*
11 *Pacto ſubſtantiali non ſeruato, totus contractus reſcinditur.*
12 *Cauſa ceſſante, ceſſat & diſpoſitio.*
13 *Vaſallus rem feudalem reddens deteriorem, ſeu ea abutens, feudo priuari debet.*
14 *Emphyteuta ratione deteriorationis & abuſus emphyteuſi cadere debet.*
15 *Iudex inferior ſe intromittere nequit in cauſis ad ipſius iuriſdictionem pertinentibus, niſi per viam appellationis.*
16 *Subditus contra magiſtratus ſui poteſtatem facere videtur, ſi eius iuriſdictionem ad alium traducere velit.*
17 *Priuationis pœnæ locus non relinquitur, & in quibus.*
18 *Feudum ſine culpa & cauſa ſufficienti amitti non poteſt.*
19 *Res emphyteutica quibus ex cauſis amittuntur. numero 29.*
20 *Dominium vel aliud ius nulli temere auferendum, ſed potius ſuum cuiq; relinquendum.*
21 *Argumentum à ſolitis vel communiter accidentibus in iure an valeat.*
22 *Cui ſequentia conceduntur, eidem & antecedentia conceſſa eſſe videntur.*
23 *Diſpoſitio conditionalis formam induit neceſſariam.*
24 *Contractus ab initio eſt quidem voluntatis, ex poſtfacto autem neceſsitatis.*
25 *Feudum eſt contractus nominatus: idem quoq; de emphyteuſi dicendum.*
26 *Modus ſi non impletur, contractus ideo non reſcinditur, ſed ad modi implementum agitur.*
27 *Contractus ſine mutuo duorum vel plurium conſenſu obligationis inducendæ gratia adhibito, celebrari nequit.*
28 *Ob caſuum diſsimilitudinem ab vno contractu ad alium non recte infertur.*
30 *Plura quandoq; copulatiue requiruntur, tunc concurſus omnium copulatorum eſt neceſſarius.*
31 *Priuilegium proprie quodnam dicitur: & quando in contractum tranſire dicitur. n. 32.*
33 *Perſona ſingularis priuilegio vniuerſitati conceſſo per abuſum vel contrauentionem renunciare nequit.*
34 *Priuilegij abuſus vel contrauentio præter eius commodum tollere nihil poteſt.*
35 *Omnis iuriſdictio principi in ſuo principatu competit.*
36 *Iuriſdictio principalis in ſecundariam influit.*
37 *Pacta inter certas perſonas facta, alijs vel tertiis nec obſunt, nec proſunt.*
38 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
39 *Factum vnius alteri præiudicium generare non debet.*
40 *Inuito ius ſuum non auferendum.*
41 *Nemo compelli debet, vt inuitus quid emat vel vendat.*
42 *Alienationem rerum liberam hominibus non relinqui inhumanum eſt.*
43 *Vicinus proprie quis dicitur.*
44 *Nihil eſt, quod emi non poſsit, ſi des tantum, quantum venditor velit.*
45 *Emere ab inuito iniurioſum eſt, à non inuito quæſtuoſum.*
46 *Maior pars minori præiudicat.*
47 *Quilibet rerum ſuarum eſt moderator & arbiter inſtus.*

48 *Quod omnes ſimiliter contingit, id ab omnibus aquo cõprobari debet, num. 52.*

49 *Factum partis maioris perinde accipiendum ac ſi ab omnibus factum ſit: & in quo caſu hoc valeat. numero 50.*

51 *Pars maior in vniuerſitatibus inſtar totius vniuerſitatis valet.*

53 *Caſus ſpeciales ſeu caſualia regulam non euertunt.*

54 *Remedia ſeu interdicta recuperanda poſſeßionis nulli niſi deiecto competere poſſunt.*

55 *Corporalia poßideri poſſunt: corporis vero expertia non item. num. 68.*

56 *Argumentum à contrario ſenſu in iure firmum.*

57 *Qui nunquam poſſedit, eius reſtitutionem petere nequit.*

58 *Qui proprio facto poſſeßione cecidit, is nequaquam reſtitui debet. n. 62.*

59 *Vaſallus emphyteuta exaquatus, interdicto vnde vi aduerſus dominum experiri nequit. n. 72.*

60 *Spoliati reſtitutio non in iuris petentis, ſed in odio ſpoliantis fundatur.*

61 *Nemo odio alieno pragrauari debet.*

63 *Spoliatus ante omnia reſtitui debet.*

64 *Nemo ſine antegrediente proceſſu iudiciali poſſeßione ſua priuari debet.*

65 *Nemo eſt ſui periculi vel negotij iudex, qui non ſibi aquiorem ſe quam aduerſario prabeat.*

66 *Exutus poſſeßione ſua legitimo iuris ordine poſthabito, ante omnia reſtitui debet.*

67 *Salinaria partes tanquam res incorporea poſſeßionem non recipiunt.*

69 *Vſus iuris vel rei incorporalis inſtar poſſeßionis locum habet.*

70 *Priuatus quaſi poſſeßione iuris alicuius incorporalis, poteſt vti remedio reſtitutorio.*

71 *Vaſallus reſtitutionem petere nequit, & quando poteſt.*

73 *Argumentum à Vaſallo ad Emphyteutam in iure an valeat.*

74 *Vaſallus intra annum & diem inueſtitura renouationem non petens, feudo priuatur.*

75 *Interdictum vnde vi contra ſolum ſpoliantem vel deiicientem an competat.*

1 Caſus ſeu ſpecies facti: Die fragen / darauff ein Rathſchlag begert wird / erhalten ſich folgender geſtalt. Erſtlich / ob C. N. vnnd ſeine Conſorten jhre theyl diß Saltzwerckes auß Vrſachen / ſo in der Schrifft / die an den Herrn Adminiſtratorn J. G. den 5. Decembris Anno / ꝛc. 68. außgehen laſſen / begriffen / verwircket haben / wie es J. G. dañ dafür gäntzlich halten / vnd ob J. G. im Rechten gegründet / darwider ſie beharren köndten.

2 Im fall / daß J. G. etwa im Rechten nicht genugſam gegründet ſein / vnd das beharren möchten (da ſie ſich deſſen doch biß hero an etlichen Orthen haben belernen laſſen vnd J. G. beyfällig fänden) vnd welcher geſtalt dann J. G. dieſer Leuth auß den Saltzwercken gar möchten ledig werden. Dann J. G. dieſe Meuemacher / die nur zu Vnfriden vnnd allerley Verwirrung vnnd Verhindernuß befliſſen / kurtz nit dabey wiſſen wöllen. Vnd ehe anders darüber leyden vnd vornimmen.

3 Da ſolches auch mit Recht zuerhalten nit möglich ſein ſolte / welches doch J. G. nit hoffen / ob dann nicht N. vnd ſeine Officien als der wenigere theyl der Gewercken vnd nur der achte theyl, dem mehren theyl / als 17. theylen den anderen gehorſamen Gewercken folgen müſte / In gäntzlicher Anſtellung / Anordnung / auch verkauffen deß Saltzwercks / vnd ſo weit als die ſibentzehen theyl mit Doctor G. N. vermüge deß Kauffbrieffs verfahren vnd ſich eingelaſſen.

4 Wann ſolches auch nit folgen ſolt (dz doch J. G. vor vnzweyfelich halten / ſich auch deſſen vielfältig in Rechten haben belernt laſſen) ob dann J. G. C. N. vnd ſeine Conſorten jhnen jhre theyl wider zu reſtituiren ſchuldig.

5 Weil ſich N. vnd ſeine Conſorten mit Doctor G. N. Ann. 69. außweiß der beygelegten Schrifften / gegen einer Anklag allerdings verglichen vnd vertragen / vnd doch hernach als N. 200. Thaler anlehẽs von Doctor N. hinweck / den Vortrag durch eine zugeſchickte / vnerbahre Notell der Verſicherung (welche Notell der Doctor nicht eingehen können noch wollen) wider vmbgeſtoſſen / ob ſeyn Doctor N. jme N. vnd Conſorten zuvorn vbergebene Notell der Verſicherung (mit deren gleichen ſich denn J. G. auch die anderen Gewercken alle haben ſättigen laſſen / vnd zu frieden geweſen) genugſam zu Recht ſey oder nit / weil es doch außweys deſſelben Vertrags allein an der Verſicherung beſtanden.

DEI OPT. MAX. AVXILIO.

Vrſtehende fünff fragen mit verleihung Göttlicher Hülff vnd Gnade / ſo viel ſich die zeit kürtz halben leyden will / gründlich zu reſoluiren / leſſet ſich ſo viel † anfänglich die erſte frag anlangt / gäntzlich darvor anſehen / 1
daß C. N vnd ſeine Conſorten jhre rechtliche Vrſachen / ſo in der Wolgebornen vnd Edlen Herren der G zu M. vnnd Edler Herren zu F. M. G. H. an den Herrn Adminiſtratorn den 6. Decembr. Anno 68. außgegangenem Schreiben begriffen / verwircket / ja daß auch C. N. derſelben nit vehig ſein könne / auß vrſachen ſo bald hernacher ſollen deduciret werden.

Vnd demnach eine gemeine Rechtsregul: Quod priuatio † præſupponat habitum. *l. manumißiones ff. de iuſt. & iur. & l. decem. de verbor. obligat.* So wollen wir 2
erſtlich

erſtlich auffſündig machen / daß gemeldter N. keiner
theyl in der Arterischen Salzwerck vehig/ſinteemal dz
von wolgedachten Herrn Graffen darüber gegebenes
Priuileg um klärlich diſponiret / daß keiner / er ſey in
oder auſſerhalb der Graff vnd Herrſchafft/in befreyte
oder vnbefreyten Häuſern geſeſſen/ zum Gewercken
angenommen werden ſoll / er habe denn zuvor dz bür-
gerliche Recht zu A. erlangt/ſeine gebürliche Bürger-
pflicht gethan vnd ſein Burgerrecht gelöſet/Da doch
gemeldter Claus N. vnd neben jhm etliche andere ge-
wercken mehr/das Bürgerrecht zu A. niemals erlan-
get oder gelöſet/ viel weniger aber die gebürliche Bür-
gerliche Pflicht geleiſtet / Vnd ſich alſo dem Priuile-
gio gemeß nicht habilitiert oder qualificieret gemacht.
Nun iſt aber klares Rechtens: Quotieſcunq; qua-
3 litas † eſt productiua alicuius effectus, quod eiuſce-
modi effectus nunquam producatur in eſſe, niſi il-
lam qualitatem ſubeſſe legitime comprobetur. Te-
xtus eſt notabilis *in l. cum actum. in fin.* & not. ibidem
Dd. *de negot. geſt.* tradit Bart. *in l. non ſolum §. ſed vt pro-
bari. de oper. nou. nunciation.* & idem Bartol. *in l. 1. §. i-
tem quæſitum de aq. quotidian. & æſtiu.* cum ſimilib. al-
legatis per Panthaleo. Caldr. de Crem. *in repetitio l.
2. num. 274. C de reſcindend. vendition.* Hinc vulgo di-
4 ci ſolet, non eſſe † quempiam admittendum, vt ta-
lem, niſi antea planum faciat ſe eſſe talem. *l. non igno-
rat. C. de in, qui accuſ. non poſſ* & not. ibidem Dd. præ-
ſertim autem Bartolus, quippe qui in ſpecie quo-
dammodo ſcribat, quod ſæpe dicant ſtatuta ciuem
admittendum ad quippiam, & non alium (quemad-
modum in propoſito idem diponit prædictum
5 priuilegium.) Et quod ea propter is, qui ſe † admit-
ti petit, ante omnia probare debeat ſe eſſe talem.
Vors erſte.

Zum andern. Wann gleich C. N. ſich dem Priui-
legio gemeß habilitiert haben / vnd alſo deß A. Salz-
wercks pro certis portionibus vna vel pluribus ve-
hig ſein möchte (ohne abbruch der Warheit zuſetzen)
ſo leßt ſichs dannoch nachmals darvor anſehen / dz er
vnd ſeine adhærenten ſich jhrer theyl daſelbſt verluſtig
gemacht/ſinteemal ſie die darinnen außgedingte Con-
dition vnd maß/muthwilliger gefährlicher weiß vber-
ſchritten Etenim certi & manifeſti iuris eſt, quod
6 contractus † ex conuentione legem accipiant. *l. 2 in
fin famil. erciſcundæ. l. 1. §. ſi conueniat. l. Lucius. in fin. depo-
7 ſit. & l. contractus. de regul. iur.* Et quod porro † is qui
negligit legem, negligatur viciſſim à lege, indignuſ-
que eſſe cenſeatur, qui beneficio eius iuuetur. *§. ex-
traneis.* & not ibidem Chriſtophor. Port. *num. 4 inſt.
de hæredum qualitat. & different.* per illum textum, *&
l. fin. §. penultim. Cod. de iure deliberand* iuncta *l. auxili-
um. in fin. de minoribus.* Et hoc potiſſimum obtinet
8 in contractibus † vel diſpoſitionibus ſub conditi-
one factis, vtpote quæ formam neceſſariam indu-
eat. Bald. *in authent. matri & auiæ. Cod. quan. muli. tu-
tel. offic. fung pot.* per textum *notabilem in l. prætor. in
princip. de collation bonor.* Iaſ. *in l. cum quid. in 2. lectura.
numer. 15. in fin. ſi cert. petat.* Aretin. & Alexand. *in l. 2.
de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* & Lancellot. Galliau. *in
l. Gallus. §. quidam recte. num. 37. de lib. & poſthum.* in-
9 deque fit, quod conditioni † præciſe & in forma
ſpecifica parendum ſit, ſatiſque faciendum. *l. qui hæ-
redi. in princip. & l. Meuius. de condition. & demonſtra-
tion*

Dieſen kompt ferner zu ſteur/ daß die Herrn Gra-
ven das Salzwerck derowegen verliehen / auch das
Priuilegium darumb gegeben / damit es zu beförde-
rung vnd auffrechnung gemeyner Statt vnd ganzer
Graff- vnd Herrſchafften verwandte gereichen möch-
te. Vt proinde propter hanc cauſam tanquam fina-
lem, videatur facta conceſſio Salinatum & priuile- 10
gij. At vero non eſt maior † qualitas in mundo quã
illa, quæ importatur per cauſam finalem, ſine qua
alias contracturus aliquis non fuiſſet. Baldus, *in au-
thent. præſente, num. 4. C. de fideiuſſ.* per textum *in l. ſi cre-
ditor, C. eod. titul.* ex quo fit, quod tunc, quando non 11
ſeruatur † pactum ſubſtantiale, totus reſcindatur
contractus. *l. cum te, C. de pact. int. empt. & vend. compoſ.* 12
Ceſſante enim cauſa † ceſſat & diſpoſitio *l. quod di-
ctum, de pact. & l. adigere, 6. §. quamuis, 2. de iur. patron. cum
ſimilib.*

Zum dritten / haben Claus N. vnd ſeine Anhän-
gige/das Salzwerck fünff ganzer Jahr lang weder
zu nuz oder auffnemen gemeiner Statt N. vnnd der
Graffſchafft / auch der Herrn Graffen gebürlichen
Zehenden: Sondern viel mehr in ſtopffung vnd ver-
hinderung deſſelben allen vnd jeden/muthwilliger ge-
fährlicher Weiſe getrieben vnd gerichtet: Nun aber iſt 13
in Rechten klärlich verſehen: Quod vaſallus † rem
feudalem deteriorem reddens, vel eadem abutens,
feudo ſit priuandus, *c. 1. §. fin.* & not. ibidem Dd. *de
pace tenen. & eius violatorib.* Matth. de Afflict. *in c. 1. §.
prædictus. numer. 8. quæ fuit prima cauſ. benef amittend.* &
Franciſc. Curt. *in tractat feud. part 4. in 21. cauſa priua-
tio.* Idemq; etiam traditum eſt in emphyteuta quod 14
ille conſimiliter † ratione deteriorations & abuſus
emphyteuſi cadere debeat, Bart. *in l. diuortio, §. ſi fun-
dum, ſolut. matrimon.* Bald. & reliqui Dd. *in authent. qui
rem. C. de SS. Eccleſ.* Et facit in ſimili optimus textus,
in l. Eleganter, in fin. de pignorat. action. Zum vierdten/
Ob wol auch mehrermeltes Priuilegiũ vnter andern
vermag/daß keiner gewerck vber dren theyl deß Salz-
wercks/Kauff- oder Pfandsweiſe an ſich bringen ſoll/
ſo hat doch dē zu wider C. N. acht Theyl an ſich ertra-
tieret/zugeſchweigen anderer viel mehr Articul dar-
wider er vnd ſeine Conſorten gehandelt Atqui priui-
legium vel gratiam merito perdit qui priuilegiũ of-
fendit, vel gratia ſibi facta abutitur. *c. priuilegium, c. i-
pſe. c pleruniq; in princ. 11 q. 3. & c gratiam, de poſtulat. præ-
lat l. iudæi, C de Iud l. ſi C. de ſpectac. lib. 11.* Et notat And.
de Iſernia *in c. 1. § ſed & qui delator. n 45 circa med quæ
fuer. prim cauſ. ben. f. amitt.* Matt. de Afflict. *in modo d. c.
1. § prædictu, n. 7. & in c 1. § publici latrones 6. verſ quicun-
que aduocatiam, n. 6. & 7. per illum text de pac tenend. &
eius violator.* Zum fünfften/haben ſich auch C N. vnd
ſeine Conſorten gegen jrer ordentlichen Obrigkeit ob
vnd wolermelte H. G. vngehorſam vnd widerſezig er-
zeigt/vñ dann hierüber jhre vnbefugte händel / an den
H. Adminiſtratorn deß Primat vnd Erzſtiffts M. ã-
quam magiſtratum ſuperiorem im [illegible] gelan-
gen laſſen/da jhnen doch coram iudice & in magiſtratu
inferiore das Recht niemals verſagt worden/ daß ſie
ſich alſo in effectu vnterſtanden / die iuriſdiction ſo
wolgedachten ihren G. Herrn G. H. H. tanquam im-
mediato inferiori zuſtändig/iren G. zuentziehen/vnd
anderswohin zuwenden/da doch im Rechten klärlich
verſehen / quod nõ ſolum iudex inferior in cauſis ad 15
inferioris † iuriſdictionem pertinentibus niſi per vi-
am appellationis intromittere ſe non poſſit, Salic. *in
l. in hac. in fin. C. de donat.* per text. *in l eos, C de appell.* Ve- 16
rum etiã quod ſubditus † videatur contra ſtatum vel
poteſtatẽ magiſtratus ſui facere, ſi regimen & iuriſdi-
ctionẽ eius ad alium traducere conetur B [illegible] *in l. 1. §.
huius ſtudij, verſ ſed ſi ſtatutum, de iuſt. & iur.* Mart. Laud.

in tr. de crimin. læſæ maieſt. q. 12. & Alex. *conſ. 13. n. 6. lib. 6. cum ſimil.* Quodq; adeo bona ſua amittat, *leg. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt.*
Zum ſechſten/ Nach dem auch etliche der Gegener
mit etlichen Pferden/ vnd geladenen Büchſen in das
Saltzwerck gefallen/ vñ alſo daſſelb gewaltthätiglich
vnnd manu armata inuadiret/ ſo ſolten ſich dieſelben/
jrer daran gehabtē Theyl/ auffs wenigſt per eiuſmo-
di violentam inuaſionē billich verluſtig gemacht ha-
ben/ ſecundum diſpoſitionem *l. ſi quis in tantam. C. vn-
de vi. & §. quia tamen, Inſtit. vi bon. rapt.* Wie dem allem
aber/ kan ich bey mir eygētlich/ vñ in fundamento iu-
ris genugſame oder beſtändige Vrſachen nit befindē/
warumb C. N. vñ ſeine adhærentē jre theyl deß Saltz-
wercks verwirckt haben ſolten. Siue. n. tales partes iu-
re feudi teneāt, (de quo iā non parū addubito:) Cū
vigore priuilegij nō maſculis ſolum heredib. ſed fœ-
minei quoq; ſexus perſonis ſucceſſionis iure obueni-
unt, & diſponi de eis in teſtamēto ēt poſſit, quorum
vtrūq; feudi naturæ manifeſte refragatur, *c. 1. in pr. &
§. filia vero, de ſucceſſ. feud. & c. 1. in pr. de natur. ſucceſſ. feud.
cum ſimilib.* ſiue vero iure emphyteutico eas habeant
(id q mihi vero propius eſſe videtur,) tū ijs, quas mo-
do cōmemoraui, de cauſis: tum ēt propterea, quod
conceſſio in recōpenſationem certæ præſtationis &
penſionis annuę facta fuit: neutro ſane caſu abſq; le-
gitima & ſufficiēte cauſa, & quidē iure ſpeciatim ex-
preſſa priuari illis poterunt. Cum certiſſima & imō-
17 ta ſit iuris regula: quod pœnæ † priuationis nunquā
relictus ſit locus, niſi ijs ſolūmodo in caſibus, quib.
lege ſpecialiter fuerit ſancita. *cap. fin.* & ibi Dd. *de iur.
pat. §. cum igitur, verſ. ſin autem, auth. de non elig. ſecr. nub.
collat. 1.* not. Alex. *in l. etiam, §. 1. ſol. matr. & in conſ. 103.
n. 15. lib. 1.* & Iaſ. *l. 1. n. 12. cū aliquot ſeqq. & in l. ſi quis ma-*
18 *ior 25. annis, n. 8. C. de tranſact.* Imprimis vero † feudū
ſine culpa vel ſufficienti cauſa amitti nō debet, *c. 1. de
feud. ſine culpa non amittend. in rub. & nigr.* & no. ibi Dd.
quæ cauſę cuiuſmodi eſſe debeant, paſſim ex libris
feudorū, præſertim autem ex *c. 1. quæ fuit prima cau. be-
nef. amitt.* nō obſcure perſpicitur. Quibus aūt ex cau-
19 ſis † res emphyteuticæ amittātur, Dd. *in auth. qui rem,
C. de ſacroſ. Eccl.* explicant, & traditur *in l. 2. & fin. C. de
iur. emphyteut. & in c. potuit, ext. de locat.*
Quarum ego cauſarum cum nullam ſubeſſe videam,
facere quidem aliter non poſſum, quin exiſtimē
eas, de quibus diſputamus, partes Salinarū domino-
rum ſuorū culpa vel delicto amiſſas nō eſſe, ſicq; q
conſequens eſt ijs, quos modo dixi, dominis inuitis,
20 extorqueri nō poſſe. Nulli n. † dominiū vel aliud ius
ſuum temere auferendū vel detrahendū eſt, ſed ſuū
potius cuiq; relinquendū, *l. 2. in pr. de his qui ſunt ſui vel
alieni iuris. l. fin. de pact. dotal. l. id quod noſtrū, de reg. iur. &
l. nemo exterus, C. de iud.* Vnd ſind dieſer Deciſion die
droben deducirte rationes dubitandi gar nit zu wider.
Et quidē ad primum argumētum q attinet: Maiorē
propoſitionē, quod is ſc. qui vult admitti vt ciuis, ſe
talē eſſe probare debeat, *l. nō ignorat.* vbi Bat. & Dd. *C.
de his qui accuſ. non poſſ. cū ſim. ſ. alleg.* Hanc inquā propo
ſitionē non inuitus admitto. At vero minorē ſeu aſ-
ſumptionē (nempe q Caius iura ciuitatis nō habeat)
vt concedā, adduci non poſſum. Cū animaduertam,
eū in priuilegio nō modo ſenatorē appellari: ſed iu-
dicem ēt conſtitutum cauſis Salinarū cognoſcendis
atq; dijudicādis. Quib. certe decoratū eū honorib.
fuiſſe coniectura minime fit pbabile, ſi inter ciuita-
21 tis hactenus cauiſſet, argumēto à ſolitis vel † cōmu-
niter accidentib ducto *l. certi cond. § ſi nummos* & no.
ib. Dd. *ſi cer. pet.* quin ēt ſi iura ciuitatis nunquā cōſe-
cutus eſſet, attamē, quia in oppido N. in ſenatorium
ordinē cooptatus & iudex controuerſiarū ad Salinas
pertinentiū cōſtitutus fuit: eo ipſo iure ciuitatis (ſine
quo alias neutrū officium cōſiſtere poſſet) donatus
videatur neceſſe eſt. Cui. n. cōmittuntur † vel conce- 22
duntur ſequentia, eidē & antecedentia videntur eſſe
cōceſſa, *l. ad rem mobilem, l. ad legatū, de procur. & l. illud,
de acqu. her.* Et in ſpecie, q is, cui vel iudicis vel aliud
officiū, quantumuis ēt per errorem cōmittitur, ad q
capeſſendū alias minus fuiſſet habilis vel idoneus. Eo
ipſo videatur ad tale officiū vel gerēdum & expedi-
endū habilitatus. Textus ſunt manifeſti, *in l. Barbari-
us. de off. præt. & in l. quidā conſulebant. de re iud.* & not. v-
trobiq; Dd. Zum andern iſt dieſer meynung auch nit
zuentgegen, q contractus ex conuentione legē acci-
piat, *l. 1. § ſi cōueniat, de poſ.* ita ē quod diſpoſitiones † cō- 23
ditionales formā neceſſariā inducant, *l. prætor in pr. de
collat. bon.* Et per cōſequens in forma ſpecifica ſint ad-
implēdæ *l. Mæuius, de condit. & demonſt. cum ſimil. ſ. alleg.*
Tametſi n. cōtractui legē det conuentio, inde tamē
non continuo ſequitur contractū eſſe nullum, quo-
ties cōuentioni non ſtatur. Quin imo in contrarium
nititur regula: q cōtractus † ab initio quidē ſint vo- 24
luntatis: ex poſtfacto aūt neceſſitatis, *l. in commodato,
§. ſicut, C. de act. & oblig.* & quidē contractus non tan-
tum nominati, *l. ineuiuile, C. de rei vendic.* verumē: in-
nominati, ſi res necdū ſit integra, vel cōtractui adie-
cta ſit ſtipulatio, *l. ex placito, C. de rer. permut.* quāuis in-
terim in propoſito nō innominatus, ſed nominatus
contractus ſubeſſe videatur, ſiue feudi, ſiue emphy-
teuſeos naturā habeat. Nam quod feudū † cōtractus 25
ſit nominatus, expreſſe ſcribūt Dd. *in l. iurigētium, §.
quinimo,* & ibi Bar. *n. 19. ad fin. de pact.* & probat tex. *in c.
1. de form. fidel.* inn. *c. 1. qual. dom. feu propr. priu.* quos tex.
ponderat in hanc ſententiā Ant. Natt. *in conſ. 636. n.
48.* de emphyteuſi autē, quod illa quoq; propriam
contractus nominati naturam & parendi neceſſita-
tem habeat, textus ſunt expreſſi, *in l. 1. in prin. C. de iur.
emphyteut. & in §. adeo, Inſtit. de locatio. & conductio.*
So iſt ferner auch die belohnung vñ befreyung diß-
falls ſub cōditione nit geſchehē/ dañ ob wol im Priui-
legio gemeldt wird/ dz die gewerckē/ jre Erben vñ nach-
komen von einē jeden ſtück Saltz ſo viel derē gemacht/
ſechs Pfeñing zum zehendē/ vnd dañ auch järlich von
einer jeden Seldē od Pfannen inſonderheit einē fl. ge-
ben vñ entrichten ſollē/ ſo iſt dennoch ſolchs kein cōdi-
tionalis diſpoſitio/ ſondern nur eine cōceſſio ſub modo
ſecundū ea, q ſcribit Bar. *in l. quib. diebus, §. Termilius, n.
1. 2. & 3. de condit. & demonſtr.* & ſi modus † non imple- 26
atur, nō idcirco cōtractus eſt nullus, nec reſcinditur,
ſed ad implementū modi agitur, *l. cū ab eo.* & ibi Bart.
de contrah. empt. Wiewol aber auch meine G. H. die G.
zu N. die befreyung deß Saltzwercks der meynung vñ
hoffnung gegebē/ der Rath vñ gemeine Bürgerſchafft
zu N. auch in d hoffnung vnd zuverſicht geſtandē/ auch
ſonders zweifel nachmals ſtehn/ dz es zu beförderung
vñ auffnemung gemeyner Statt vnd d gantzē Graff-
ſchafft verwandtē gereichen ſoll/ ſo kan dennoch auch
darauß keine cōditio od ein ſolche qualitas formalis,
ſine qua alias partes cōtracturæ nō fuiſſēt, nit erzwun-
gen werdē. Quamuis. n. hic priuilegij tū impetrandi,
tum concedēdi finis propoſitus fuerit communitati
ciuitatis N. & dominis Comitibus: tamē is in cōtra-
ctū non fuit deductus, ſed à ſola tm̄ ſpe vtriuſq; par-
tis pēpendit, atq; ētiam pendet: Cum ēnī † contractus 27
vbiq; mutuo duorū vel pluriū cōſenſu obligationis
inducēdę gratia adhibito nullo celebrari modo poſ-
ſit. *l. 1. §. adeo autē. de pact. & l. in omnib. reb. de act. & oblig.*
Eaq;

Digitized by Google

Eaque propter ad rem nihil pertinet ea, quam ſupra in rationibus dubitandi in contrariam adduxi ſententiam, iuris regula: Quod tunc, quando non ſeruatur pactum ſubſtantiale, totus contractus ſit reſcindendus. *l. cum te, C. de pact. int. emp. & ven.*
28 *compoſ.* Cum ob diſſimilitudinem † caſuum ab vno ad alterum inferri non poſſit. *l. fin. de calumniat. l. Papinianus exuli. de minorib. l. naturaliter. §. nihil commune. de acquirend. poſſeſſ. l. inter ſtipulantem. 83. § ſacram rem. v. ſed hæc diſſimilia de verb. obligat. & l. ſi maritus. C. de donatio. inter vir. & vxor.*

Das dritte Argument oder rationem dubitandi belangend/ halte ichs anfänglich darfür/ dz der Contract/welcher diſſfalls zwiſchen ob vnd wolgemeldten Herrn Graffen/vnd dem Rath zu A. ſampt jren mitgewercken gewilliget vnd abgeredt/contractus emphyteuticus ſey/ auß Vrſachen daß die Gewercken jährlich einen gewiſſen Erbzins geben/vnd denn auch Macht haben ſollen/von den Saltzwercks theylen Teſtamentsweiß zu Diſponiren/ daß auch ſolche ſo wol auff die Männliche/als auff die Weibliche Erben kommen vnd fallen ſollen/ per fundamenta ſupra in rationibus dubitandi allegata: Quo ſic poſito ac fixo,
29 certum eſt, quod emphyteuta † ratione deteriorationis vtili dominio rei Emphyteuticæ nõ aliter priuetur, quam tribus concurrentibus. I. Quod deterioratio magnæ ſit quantitatis vel æſtimationis. II. Quod eiuſmodi deterioratio cõtingat ratione proprietaria, ſicq; cum perpetuo rei incommodo ſit cõiuncta. III. Quod res emphyteutica vel dolo malo, vel ſaltem leui culpa emphyteutæ facta ſit deterior. Ita notabiliter & in ſpecie ſcribit Bald. *in authen. qui rem, nu. 2. & 3. C. de SS. Eccleſ.* Licet itaq; dolus Caii eiuſ aſſeclarum eius allegetur, ille quidẽ in literis dominorum Comitum. Ad Illuſtriſſimum adminiſtratorem 5. Decemb. Anno 1568. ſcriptis: nuſquam tamen deprehendere potui, Salinas ipſas ad proprietatem & perpetuum commodum quod attinet, in magna præſertim quantitate æſtimatione culpa vel dolo aduerſariorum deteriores eſſe factas: Cum in-
30 terim tunc, quando plura † copulatiue requiruntur, neceſſarius ſit concurſus omnium copulatorum. *l. ſi heredi plures. de condit. Inſtitut. & § ſi plures Inſt. de haered. inſtituend.* & tradunt vtroq; in loco Dd.

Die vierdte ratio dubitandi betrifft vornemlich C. N. allein/ als der ſich deß priuilegij mißbrauchet haben ſoll/ in dem/ daß er acht/ vnnd alſo mehr theyl an ſich Extracticieret/ als in dem Priuilegio nachgelaſſen wirdt/ Ob wol nun nicht ohn/ daß der jenige/ der ein Priuilegium mißbraucht/ ſich deſſelben regulariter verlüſtig gemacht. *cap. priuilegium. c. ille. & c. plerunque. in princip. 11. quæſt. 3. cum ſimilibus*: ſo hat doch ſolche Rechtslehr nur in den Priuilegijs ſtat/ quæ propriam naturam priuilegiorum habent, hoc eſt, quæ in ſola concedentis gratia conſiſtunt, (priui-
31 legium enim † proprie dicitur, quod continet ſpecialem gratiam conceſſam alicui contra vel præter ius commune. Petr. Bertr. *in tract. de orig. iuriſdict. in 3. quæſt. verſ. nunc reſtat videndum in princip.*) non autem in ijs, quæ vt in propoſito, in contractum abierunt, quippe quæ natura priuilegiorum exuerunt, contra vero naturam contractuum aſſumpſerunt, qui contractua non iure ſpeciali ſed communi valent atque conſiſtunt, quodque adeo conſequens eſt, non tam facile amittuntur, quam priuilegia, quæ ſpeciali tantum iure competunt, argumento eorum, quæ tradit gloſſa. *in leg. 2. in verb. repellere. verſic. tu dic contra.* & ibi Bartol. *numer. 12. Cod. de iure em- 32*
phyteutic. Dicitur autem priuilegium † tranſire in contractum, quando non ex ſola gratia dantis ortum ducit, ſed pecunia vel accepta vel promiſſa. (prout in caſu noſtro) conceditur, Bald. *in l. qui ſe patris. Cod. vnde libr.* Alexand. *conſil. 101. colum. 1. libr. 1.* Dd. *in cap. nouit. de iudic.* Iaſ. *in leg. 1. colum. 5. C. de iur. emphyteutic.* quos refert & ſequitur Crauett. *conſil. 241. princeps illuſtriſſimus. num. 10.* & Tiraquell. *in commun. ad l. ſi vnquam. ad verb. donatione largitus. num. 14. C. de reuocand. donat.*

Deinde id, quo de hic loquimur, priuilegium, conceſſum non eſt Caio, & complicibus eius tanquam ſingulis, ſed ſenatus & vniuerſæ conſortiorum ciuitatis N. iuriſque eſt minime ignori, quod per-
ſona † ſingularis priuilegio vniuerſitati conceſſo 33
per abuſum vel contrauentionem renuntiare non poſſit, Panorm. *in cap. cum acceſſiſſent. numer. 7. verſicul. & eſt ratio. de conſtitutio.* & Ludouic. Roman. *in leg. imperium. numer. 11. de iuriſdiction. omn. iudic.* Præterea, quantumuis aduerſarij illud, de quo nobis in propoſito ſermo inſtitutus eſt, priuilegium per abuſum eius vel contrauentionem amiſiſſent: inde tamen non conſequeretur, quod partium ſuarum (quarum proculdubio vi & poteſtate obligationum deſuper contractarum, non autem virtute priuilegij compotes facti ſunt: iure etiam ac proprietate ceciderint.

Cum abuſus † vel contrauentio priuilegij præter 34
commodum priuilegij tollere nihil poſſit. *c. ille, c. priuilegium. & c. plerunque in princ. verſ. vnde fit. 11. q. 3. c. 2. &* ibi Pan. *in 3. notab. n. 4. de poſtulat. prælat.*

Zum fünfften/ kan auch nit geſagt werden/ daß C. N. ſich vnd ſeinẽ Anhang der vrſach halben jrer theyl verluſtig gemacht/ daß ſie non requiſito magiſtratu inferiori jhre Sachen ſtracks an den Herrn Adminiſtratorn/ als den Iudicem ſuperiorem haben gelangen laſſen/ wie ſie dann auch derwegen pro rebellibus aut offenſæ maieſtatis reis nit zuachten. Tamerſi enim iudex ſuperior regulariter in cauſa magiſtratus inferioris ſe intromittere non poſſit, niſi per viam appellationis: Tamen hoc ita demum eſt, ſi iudex inferior iuriſdictionẽ non habeat à magiſtratu ſuperiori: ita n. ipſemet, quem antea in contrarium allegauimus, diſtinguit Sal. *in d. l. in hac. ad fin. C. de donat.* & comprobatur vlterius hæc ſententia tali ratio-
ne, quod regi vel principi † omnis competat iuriſ- 35
dictio in regno vel principatu ſuo: Boet. *deciſ. 8 nu. 2.*
quodq; porro iuriſdictio † principalis influat in ſe- 36
cundariã, Bart. *l. 1. de requir. reis.* & Bal. *in l. omnes. §. verum ſi apparitor. n. 3. C. de epiſc. & cler.* vt prætermittã interim, quod in literis illuſtriſſimi principis adminiſtratoris clementer y. ſignatis inter cætera commemorant, Generoſos Dominos Comites in tractatu ceſſionis Lipſiæ habito iuriſdictionem hoc caſu Illuſtriſſimi Dn. Adminiſtratoris & reliquorum Electorum, tum principum manui vel poteſtati permiſiſſe. Et Generoſum præterea Comitem Dominum Ioannem N. Tanquam conſortem præſenti cauſæ addictum eſſe, vt proinde tanquam pars iudicis officio fungi in eadem cauſa non poſſe videatur. *l. qui iuriſdictioni, de iuriſdiction. omn. iudic. & tot. titul. Cod. ne quis in ſua cauſa iudic.*

Et licet in contrarium allegentur conuentiones & pacta iurata dominorum Comitum haud ſcio tamen, an eiuſmodi pactis, (quæ tamẽ ipſa mihi videntur nõ contigit) ſubditi teneantur: Cum in iure pro

37 regula traditum ſit, pacta inter certas † perſonas facta alijs vel tertijs, qui eiuſ-modi pactionibus conſenſum non accommodarunt, tanquam res inter alios actas neque prodeſſe neque obeſſe. *l. ſi vnus. §. ante omnia. de pact. & l. conſtitutum eſt. de rei vendic & tot. tit. C. res inter al. act.* Verum, vt vt hæc ſe habeant, eum in iis, quæ Dn. Adminiſtratoris Epiſtola continentur, ſententiæ meæ fundamenta principaliter non iecerim longiore diſputatione lubens hoc caſu ſuperſedeo.

Ex quibus porro ſequitur, quod Caius & ipſius complices inſimulari nequeant, quaſi conati ſint legem & iurisdictionem ad aliũ transferre, ea propter quod legitimum iudicem ſuperiorem, cuius iurisdictioni cũ qualibet inferioris magiſtratus iurisdictione concurrit, ſecundum ea quæ paulo ante deduximus, directo adierint: quodque per conſequens ad propoſitum non pertineãt, quæ ſupra dubitationis commouendæ gratia contra diſputando addiximus ex Bal *in l. 1. § huius ſtudij verſ. ſed ſi ſtatutũ. de iuſt. & iur.* & Mart. Laud. *in tr. de crim. læſæ maieſt. qu. 12 cum ſimilib.*

Zum ſechſten vnd leſten / können auch T. N. vñ A. E. jre theyl nit verwircket haben / von deß wegen daß ſie mit etlichen Pferden vñ geladenẽ Büchſen ins Saltzwerck kommen / nach G. S. gefraget vnd als ſie jn nit gefunden / etliche ſtunden auff jn gehalten ꝛc. Dann jedennoch ſie ſolchs mit der meynung gethan / daß ſie dz Saltzwerck oder jre theyl propria autoritate violenter inuadire vnd occupirn wöllen: quibus in terminis loquitur & procedit, *l. ſi quis in tantã. C. vnde vi. & §. quia tamen. inſt. vi bono rapto.* Wie ſie dann auch beruhrte jre theyl tanquam res incorporeas nicht inuadirn noch occupirn können: ſecundũ illud Lucretii.

Tangere vel tangi ſine corpore nulla poteſt res:

Et probatur *l. 1. ff. de reb. corpor. & incorpor. verſ. incorporales.* Sondern / wie in der Herrn G. an hochgedachten Herrn Adminiſtratorn 5 Decemb. Anno 68 außgegangenem Schreiben gemeldet wird / in Gemüt vñ Meynung obberuhrten G. S. da ſie jhn da angetroffen / zubeſchädigen das alſo ſolcher ein fall pro iniuria perſonæ offendendæ gratia facto, vnd nicht pro violenta inuaſione vel occupatione Salinarum zuachten.
38 Propoſitum. n. † & voluntas diſtinguunt maleficia. *l. verum. l. qui iniuria. de furt. l. diuus, ad l. Corn. de Si-*
39 *car. & l. 1. C. eo. tit.* vt ſilentio prætereant factũ † vnius atque alterius reliquis conſortib. nullum etiam præiudicium generare poſſe. *l. ſi quis in ſuo. § l. C. de inoff. teſt. & ſancimus. C. de pœnis.* Vnd ſo viel von der erſtẽ frag.

QVÆSTIO II.

Die ander Frag betreffend / iſt meines erachtẽs nit wol ein weg zufinden / dadurch man N. vnd ſeiner Geſellen auß dem Saltzwerck auſſerhalb Rechtens wider jren willen ledig werden können / dann ſolte man jhn jre theyl de facto vnd auſſerhalb vorgehenden Rechtlichen Proceß nemen / ſo leſſet ſichs in Rechten nit verantworten. Cum enim † ius ſuum cuiuis ſit auſe-
40 rendum *l. 2. de his qui ſunt ſui vel al. iur. l. cum dos. de pact. dotalib & l. id quod noſtrum. de reg. iur. cum ſimilib. ad idem propoſitum ſ. alleg.* Sed ſi quiſquam actiones ſe habere exiſtimat, iure experiri debeat, vſq; eo vt vim committat, non modo ſi rem alienam, verum etiam ſi propriam non per iudicem poſcat. *l. extat. quod met. cau. & l. pen. ad l. Iul. de vi priu.* Sol man jnen aber auch aufferlegen jre theyl wider jren willen zuverkauffen / ſo wil ſichs abermal nicht leyden / cum nemo compel-
li † poſſit, vt inuitus emat vel vendat. *l. quamuis in* 41
fin. princ. de pignor. actio. l. inuitum. C. de contrahen. emp. & l. nec emere. C. de iure delib. vſq; adeo vt non ſolum iniuſto verum ſuo etiam & iuſto pretio rem ſuam quis vẽdere cogi nõ poſſit. *l. nec quaſi, de rei vend. iunct. l. non enim. rer. amota.* Perquam enim iniquum & inhumanum eſt ingenuis hominibus † nõ relinqui liberam 42
rerum ſuarum alienationem. *l. 2. ſi quis à parent. fuer. manumiſſ. & l. dudum C. de contrahen. emptio.* Et ſi forte quis dixerit aduerſarios eſſe homines inquietos, & diſſenſionum ac turbarum ſtudioſos cauſamque adeo ſubeſſe publice vtilem, ne ſcilicet talibus diſſenſionib. lędatur exercitium ſalinarum. *arg. l. ſi quis ingenuam §. in ciuitatibus. de capt. & poſtlim. reuerſ.* ac proinde aduerſarios partes ſuas vendere iuberi poſſe. *l. item ſi verberatum. § 1.* & ibi Dd. *de rei vendicatio.* In prõptu eſt reſponſio: nempe quod ſolus princeps Romanus illa polleat ſingulari prærogatiua, vt rem alteri auferre poſſit, inferioribus autem ne quidem ex cauſa idem facere liceat. Bald. *in l. 2. num. 39. in fin. C. de ſeruit. & aqu.* quem refert & ſequitur Felyn *c. quæ in eccleſiarum. nu 32. de conſtit.* (vbi hoc dictum in ſpecie ad comites applicat, dicens eos iure alterius prę iudicare non poſſe) & not. Iaſ. *in l. reſcripta. numer. 3. & in l. fin. n. 3. verſ. ſexto, ſingulariter limitat Bald. &c. C. de precib. Imper. offerend.* & Balb. *in tract. præſcriptio. in 5. part. principal. quæſt. 8. num 2.*

Wiewol aber auch viel etliche ſonderliche fälle von den Doctoribus gemercket worden / in quibus rem ſuam etiam inuitus vendere cogitur: So iſt dennoch vnter allen denſelben keiner zubefinden / der ſich auff dieſen Handel eygentlich ſchicken möge / der auff die Scribenten / hin vnd wider gezogen / gloſ. vn. *in l. inuitum. C. de contrahend. empt. gl. in §. fin. in verb. hoc agere. authen de fideiuſſ. collatio 1.* Dd. *in l. 1. in princip.* vbi Bart. *num. 13* & prolixe admodum Lud Roman. *princ. nu. 7. cum ſeqq. vſque ad num. 22 ſolut. matrim.* Panorm. *in c. 1. de empt. & vend.* Socin. *in reg. vendere rem ſuam, &c.* Iaſ. *in l. nec emere. C. de iure delib.* Hippol. de Marſil. *in l. 1. §. cum quidem deponer. de quæſtio.* Boer. *deciſ. 322* Et præſuppono, quis † vicinus dicatur Tiraquell. *in præfatio in comment. de vtroq; retract. numer. 15. & §. 3. gl. ſ. 3. in* 43
princ. in 1. part. Ioan. Baptiſt. Aiin. *in l. ſi quis ſepulchrum. in princ. de religioſ. & ſumptib. funer.* Iacob. Nouell. *reg. 224.* & Franc. Viu. *l. b. 1. comm. opin. verſ. vendere rem propriam.*

Vnnd weil ich dann meine Gn. Herren die Grafſen als Gott lob fromme Chriſtliche Regenten / dermaſſen geſinnet weiß / daß J. Gn. dem Rechten vnd der Billigkeit zuwider nichts begeren / ſo wil ich J. Gn. gnädiglich zuerwegen anheym geſtalt haben / obs nicht ein weg were / daß man vielgedachten N. vnnd ſeinen vnruhigen Anhang etwas mehr / dann jhre theyl wirdig / gebetten vnnd verſucht hette / ob man ſie durch dieſen weg jre theyl zugelaſſen / bewegen köndte.

Nihil eſt † enim (teſte Cicerone *in oratione de leg. agra. contra Rull.*) quod non emi poſſit, ſi tantum 44
des, quantum velit venditor & licet præterea idem aut huc *modo citat in loco* dicat, ab initiu † emere in- 45
iurioſum eſſe, ab non inuito quæſtuoſum: Præſtat tamen in hanc partem deflectere quam in illam peccare. Sicque damni nonnihil pecuniarii accipere, quam iniuriam facere. Cum præſertim ſatius ſit iniuriam etiam, nedum damnum accipere, quam iniuriam inferre ex ſententia Ariſtotelis. *lib. 5. Ethicor.*

Vnd

Vnd ſolches iſt zuuerſtehen/waßer geſtalt man N. vnd ſeiner adhærenten / endlich vnd auſſerhalb Rechtens loß werden möchte / waßer maſſen ſie aber durch gebührliche mittel vnd wege der Rechten auß dieſen Handel zu bringen / daruon ſoll/ wils Gott/ drunten bey der fünfften vnd letzten Frage gehandelt werden.

III. QVÆSTIO.

Was nun ferner die dritte Frage anlanget / leſts ſichs gäntzlich darfür anſehen / das C. N. vnd ſeine anhengige / als die weniger zahl der Gewercken / zuuorderſt weil ſie vort auch acht theyl haben / ſich den andern ſibentzehen Gewercken / als die ſiebentzehen / vnd alſo dem mehrertheyl alln Saltzwerck haben/ mit dem verkauffen jhrer theyl zu conformiren vnd gleichformig zuertzeygen pflichtig/ auß nachfolgēden Grunden vnd Vrſachen. Dann erſtlich klares verſehens
46 Rechtens / quod maior pars † præiudicet minori, propterea, quod perinde exiſtimandum ſit, quod à maiore parte factum eſt, ac ſi omnes feciſſent. Ariſt. *lib. 4. polit. cap. 4. l. nulli. Quod cuiuſq. vniuerſ. nom. l. quod maior. ad municipal. & l. aliud eſt vendere, §. refertur, de regul. iur.*

Zum andern/ iſt im Rechten verſehen/ quod in re vel cauſa pluribus etiam vt ſingulis communi conſenſus maioris partis præponderet conſenſui minoris partis, ſi diſſenſus minoris partis noceret maiori, (vt in propoſito) cum multò ſit conuenientius, vt maior pars noceat minori, textus eſt notabilis *in l. & ſuum heredem, §. hodie,* & not. ibid Bald. *nu. 2. poſt med. Caſtrenſ. num. 1. verſ. contrarium tamen, 2. & Iaſ. num. 3. de pact.* eodemq; pertinet, quod tunc quando agitur de laxiori ſoluendi termino debitori plurium creditorum indulgendo conſenſus maioris & potioris partis creditorum præualeat diſſenſui minoris partis, *l. fin. & not ibi Dd. C. qui bon. ced. poſſ.*

Deſſen aber vngeacht/ ſo ligen mir klare vnd anſehliche text vnd Rechtsgründe im wege/ das ich abermal nicht vmbgehen kan/ auff die widerige Meynung zuſchlieſſen.

Nam manifeſti iuris eſſe conſtat, quod quiſque
num patre ad reuocationem feudorum admittatur,
interim vero agnatus, niſi alienatore mortuo ad re-
uocationem aſpirare non poſſit.

Quemadmodum modo *alleg. in loc.* nec non *in c. 1.*
§ fin. num. 23 qua fuit prim. cauſ. benef. amit. idem Aluar.
ſcriptum reliquit, qua tamen de re infra latius expli-
cabimus.

Ex ſupradictis igitur perſpicuum eſt filium † poſ- 25
ſe feudum auitum à patre abalienatum repetere, re-
liquum nunc eſt, vt paucis explicemus, quo tempo-
re, & quamdiu hæc facultas † feudum auitum reuo- 26
candi ſit permiſſa. Quamuis itaque nonnulli in ea
ſunt ſententia, vt filium poſt mortem demum patris
reuocationem feudi legitimi abalienati admitten-
dum eſſe arbitrentur, D Frid. Schenk *in d. c. 1. § Titius*
filios, ad fin. ſi de feud. defunct. multo tamen & crebrior
pars commentatorum in contrariam diſceſſit ſen-
tentiam, ius ſcilicet reuocandi † vt patre non ſolum 27
mortuo, verum etiam adhuc ſuperſtite, filio repete-
re licere exiſtiment. Ita tamen, vt viuo patre pre-
tium refundere neceſſe habeat, non autem defun-
cto, abſq; vlla vero pretii reſtitutione, reuocare poſ-
ſit. Andr. de Iſern. *d. c. 1. §. Titius filios verſ quod ſi Titius,*
& ibid. Aluarot. *num 1. 3. & 4 in fin.* Idem Aluarot. *in*
c. 1. § fin. num. 23. qua fuit prim. cauſ. benef. amitt. Iacob. de
S. Georg. *in tractat feudor. ad verb. & cum pacto non alie-*
nando. num. 44. Et Matth. de Afflict. *in c. 1. § hoc quoque.*
num. 55. & 56. de ſucceſſ. feud. Quorum ſententiam ego
quoq; probabiliorem exiſtimo, iiſdem adductus ra-
tionibus, quæ de Iſern. & Aluar. *prædictis in locis* com-
memorantur. Nam Domini quidem Baronis Fride-
rici rationes, leues admodum ſunt & imbecilles, *ab-*
ſonum eſſe, inquientes, *vt filii patre etiamnum viuo, feu-*
dum alienatum pretio reſtituto, reuocent, &c.

At vero cum abſonum non ſit, vt agnatus, viuo
etiamnum alienatore, feudum diſtractum reddito
pretio recuperet, *dict. c. 1. §. Titius ſi de feud. defunct.* qua-
nam igitur tunc ratione, abſonum & inconueniens
dici poterit, vt idem filio ſit permiſſum? cuius tamen
cauſa in feudo melior eſt, quam agnati. *cap. 1. in princ.*
de ſucceſſ. feud. nec iniuria id quidem, cum filios † pa- 28
tri ſuo agnatus ſit proximus, *l. plan. de ſuis & legitim.*
heredib. & feudi auiti vel paterni † quidam quaſi do- 29
minus, viuo etiamnum patre. *l. in ſuis de lib. & poſth.*
& not. Dd. *in ſæpe d. §. Titius filios* vbi Andr. de Iſern. *in*
verſ. quod ſi Titius. & Aluar *n. 3 ſi de feud. defunct.* & Fran-
ciſc. Sonsbeck. *in comment. ad vſu feud. in 13 part num.*
12. Vbi eleganter comprobat, quod filiis ad reuoca-
tionem † alienationis quod attinet, maior prærogа- 30
tiua, maius item priuilegium conceſſum ſit & per-
miſſum quam agnatis.

Porro quam id quoq; futile eſt, quod idem Dn.
Frider. rationis loco ſubiicit: *vnde obſecro* (inquiens)
viuente patre, filii nummi & pecuniæ, quibus hoc pretium
emptori refundatur. Non enim ſemper Caſtrenſe, vel quaſi
Caſtrenſe peculium liberi poſſident, &c. Quaſi vero ſe-
queretur continuo filiosfamilias, quia Caſtrenſe vel
quaſi Caſtrenſe peculium non habeant, idcirco nul-
lorum penitus bonorum compotes eſſe poſſe, cum
vtiq; multa etiam ſint bona aduentitia, quæ filiifa-
milias pleno iure propria habent, præcipua, nullo
quoque ipſorum vſuſfructu patribus competente,
Auth. excipitur, cum 2. ſeqq. & not. ibid. Gloſſ. & Dd. *C.*
de bon. qua lib. Item Dd *in l. quis ſe patris,* vbi Iaſ. *num. 61.*
C. vnde lib. & gloſſ. *art. 10. lib. 1. Iur. Saxonic.* Vt præter-
mittamus interim ius patriæ poteſtatis, cuius vi & na-
tura, filii patribus acquirunt, *l. placet. de acquirend. ha-*
redit. Inſt. per quas perſon. nob. acquir. in prin. & §. 1. in Ger-
mania non modo non frequentari, ſed contrariam
etiam ciuili iuri conſuetudinem, hoc caſu vſurpari,
cum experientia doceat, quotidie videamus, filiosfa-
milias, viuis etiamnum patribus ſuis, in alias domos,
quaſi

quaſi colonias exire, ſeparatim babitare, ſibique & non parentib. aequitere illis præſertim in locis, vbi iure Saxon. viuitur, ſecundum cuius diſpoſitionem patri, ne vſusfructus quidem bonorum aduentitiorum cumpetit, poſtquam filiifamilias ſeiũcti ab ipſo fuerant atq; ſeparati. *art. 11. lib. 1. iur. Saxon. §. iam vero patria poteſtas, &c.*

31 Iam vero patria poteſtas, quo † pacto filiis obeſſe poterit, quin illi hac retinendi facultate vtantur. (Quemadmodum vlterius tradit idem Dom. Frid.) præterquam enim quod poteſtatis patriæ in materia feudorum nullam vtique duci rationem animaduerterim, per alienationem à ſe factam pater ius ſuum, quod in feudo habuit, à ſe totum abdicauit, Andr. de Iſern. *in ſape d. §. Titius filios. verſ. quod ſi Titius.* & ibid. Aluar. *nu. 3.* & quod proinde hoc in caſu, quo feudum legitime, & interueniente Domini cõſenſu abalienatum eſt, ius reuocandi filiis merito, ſuoq; iure competat, ita quidem vt agnatis etiá preferantur. Quemadmodum communiter tradunt Iacob. de Beluiſ. Martin. Laudenſ. & cæteri Dd. *in ſape d. c. 1. §. Titius filios. ſi de feud. defunct.* & Curt. *in tractat. feud. 4. part. in diſcuſsione 4. dubitationis, ad 3. regulam principalem. num. 151. cum ſimilib. ſupr. allegat* quid igitur cauſæ ſubeſt, quamobrem vel filius ratione patriæ
32 poteſtatis, (quæ cum feudorum † materia nihil habet commune) iure ſibi competẽte vti prohibeatur, contra *l. 2. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. & l. nemo exterus. C. de Iude.* vel etiam pater conqueri, aut cum filio conqueri poſſet, quod ſe adhuc viuo alienationem filius reuocarit, cũ filius iure ſuo vſus ſibi tantũ proſpexerit, nihilq; adeo in patrem admiſerit, de quo is conqueri merito debeat aut poſſit. *argu. l. Proculus. de damn. infect. & l. nullus videtur dolo. de reg. iur.*

Hactenus expoſuimus, an & quatenus filius alienationem feudi auiti, à patre diſtracti, reuocare poſſit: Proximum nunc eſt, vt explicemus, vtrum ius re-
33 uocandi † fratri alienatoris, ipſiuſq; filiis competat, iam vero non dubium eſt, quin is, quem modo dixi, frater alienatoris, ipſiuſve filii, eam, de qua loquimur, alienationem in extraneum factam, (ſi modo alienatoris filii, ipſimet eodem iure vti volũt) reuocare modis omnibus poſſint, textus eſt manifeſtus *in ſape d. c. 1. Titius filios.* vſq; adeo vt tunc, quando alienator filios babet, vt in propoſito noſtro, primi agnati ſtatim, & quidẽ ſuperſtite adhuc alienatore, refuſo tamen pretio, ad eiuſmodi reuocationem videantur admittẽdi, ſicq; filiis alienatoris etiam ipſis præferendi. *d. § Titius. verſic. Quod ſi Titius,* & not. ibid. Bald *num 2.*

Nec refert, quod illa, de quibus nobis inſtituta eſt diſputatio, interueniente Domini conſenſu, vel verius à Domino ipſo diuendita fuerint atq; abalie-
34 nata, & quod Dominus ad quẽ directũ † feudi dominium pertinet, nec non vaſallus, (cui vtile dominiũ eſſe cõſtat) ęqui hoc caſu videantur rerũ ſuarum fuiſſe arbitri, ac moderatores. *l. 2 ſi quis à parent. fuer. manumiſſ. l. in re mandata C mandat. & l. dudum. C. de contrahend. empt.* quodque adeo alienatio legitime facta ſit, & quod ea propter firmiter conſiſtere videatur, *c. 1 § etſi clientulus, verſ. ſi vero. de alien. feud.* vbi in ſpecie
35 babetur, quod alienatio † feudi, voluntate Domini facta, ſtabilis permaneat.

Nam in contrariam ſententiam vehementiſſime vrget textus pluſquam expreſſus *in c. 1. in princip. de alienat. feud. patr.* Cuius hæc ſunt verba: *Alienatio feudi paterni non valet etiam Domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus, ad quos beneficium quandoque ſit reuerſurum.* Idemq; manifeſte comprobat textus *in c. 1. § preterea.* per argumentum à contrario ſenſu ductum, *quibus mod. feud. amitt.* Ad quam ſententiam vlterius confirmandam, permulta allegat Ioan. Thom. de Marinis *in tract. de generib. & qualitatib. feud. lib. 1. tit. 2.* Qui inſcribitur *de feud. ex pact. & prouident. antiq. nu. 47. & 48.* vbi inter cætera dicit, hanc eſſe communem & conſentientem omnium opinionem, dummodo talem meminerimus eam, quam modo retulimus, ſententiam locum ſibi vendicare in feudo antiquo, Aluar. *in d. c. 1. in prin. nu. 1. & 3. de alienat. feud. patern.* & Matth. de Afflict. *in c. 1. in princ. num. 74. de prohib. feud. alienat. per Feder.* Nam feudum quidem nouum, quo minus interueniente Domini conſenſu, filiis etiam & agnatis diſſentientibus abalienetur, nihil ſane impedit Aluar. *in d. c. 1. in prin. n. 8. de alien. feu. pater.* & ibid. Matth. de Afflict. *nu. 14. & 17.* Cum diſtinctione quidem, quam adhibent Aluar. *in c. 1. § item ſi fuerint. quib. mod. feud. amitt.* & Zaſ. *in epit. feud. 9 part.* quæ inſcribitur, *de feud. alien. n. 30.* Ratio autẽ, quamobrem feudi antiqui alienatio, quantumuis † Domini voluntate 36
facta, agnatis fraudi eſſe vel damno non poſſit, minime eſt obſcura. Cum n. ij, quos modo diximꝰ, agnati ius hoc caſu quæſitum ac conſtitutũ babeant beneficio primi acquirentis, ſecundum ea, quæ plura allegat Io. Thom. de Mar. *in d. tract. de gener. & qualitat. feud. lib. 1. tit. 2. n. 1. cum 7. ſeqq.* Cõſequens eſt ipſis tuto ius facto vaſalli abalienantis, & Domini cõcedẽtis, auferri nullo modo poſſe, *l. 2. in princ. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. l. fin. de pact. l. cum dos. de pact. dot. l. quis Roma, §. Flauius.* & ibi Dd. *de verb. obl. & l. id quod noſtrũ. de reg. iur.* quæ cum huiuſmodi ſint, neceſſario ſequitur, alienationẽ feudi antiqui nullá eſſe firmam ac ſtabilem, niſi omnib. etiã iis, quorũ intereſt, conſenſum ſuum eidem accommodantib. Andr. de Iſern. *in ſape d. c. 1. in prin. n. 1. & ibid.* Matth. de Afflict. *n. 1. & 22. de alien. feud. pater.* per textum *l. Nam ita diuus. de adoption. & l. fin. C. de auctor. præſt.*

Quo fundamento ſic iacto, non obeſt primũ huic ſententiæ, ea quam ſuperius contra adduximus vulgata iuris regula, quod ſcil. liberum ſit cuilibet † de 37.
re ſua ad arbitrium & libitum voluntatis ſuæ diſponere, *l. in re mandata, C. mand. cum ſimil.* Huic enim regulę, illis ſolum in rebus locus relictus eſt, quę pleno iure ad diſponentem pertinẽt, id quod hæ dictiones *(de re ſua)* non obſcure præ ſe ferunt atq; ſignificant. *l. Quintus. 2. §. argento. de aur. & arg. legat.* Cum interim feudum ad vaſallum pleno iure non pertineat, ſed vtili ſolum ipſius Domino, & quidem non ſimpliciter, ſed eatenus duntaxat, quoad huius vitæ vſura fruitur, ſit ſubiectum. *in dict. cap. 1. quib. cauſ. feud. amitt.* ſicque quod conſequens eſt agnatis ſimul inueſtitis, & ſpem ſuccedendi fouentibus, non niſi ad tempus vitæ ſuæ præiudicare poſſit, Bald. *in cap. 1. in princ. numer. 3. verſicul. non ergo. de alienation. feud. pater.* per illum textum, & per textum *cap. 1. §. beneficium paternum. de capit. extraordin.* Et pertinet huc, quod in ſimili de fructuario, (cui vaſallus † quodammodo exæqua- 38
tur, *dict. c. 1. § fin. quib. cauſ. feud. amitt.*) legibus noſtris ciuilibus cautum eſt ac proditum, quod is ſcilicet feudum ſuum fructuarium, vlterius quam ad vitæ ſuæ tempora, firmiter locare non poſſit, *l. ſi quis domum. §. 1. locat.* qua tamen de re non multo poſt latius explicabimus, vt non immerito videatur ſcriptum reliquiſſe Bartol. *in l. ſi quis vi. § differentia. nu 4. de acquirend. poſſeſſ.* quod dominium ſit † ius de re ſua 39
corpo-

corporali, perfectè diſponendi, niſi lege quis prohibeatur.

Quemadmodum & in propoſito noſtro vaſallus, ſi non lege, at certè conſuetudine feudorum,
40 legis enim † & conſuetudinis par ratio eſt & poteſtas. *l. de quibus. de legib & §. ſed naturalia, Inſtit. de iur natur. gent. & ciuil.* de feudo antiquo & perfecto, libere & perfecte diſponere prohibetur ſecundum ea, quæ modo deduximus.

Secundo, non refragatur ſententiæ noſtræ textus *in cap. 1. §. etſi clientulus. de alienat. feud.* Tametſi enim hic textus variis modis intelligitur, ſicuti ex ſcriptis Dd. ibidem, & Iohan. Thom. de Marin. *in tractat. de generib. & qualitatibus feud. lib. 1. tit. 2. num. 48.* aliunde liquet: vere tamen ſi loqui volumus, negari handquaquam poteſt, quod totum illud caput de alienatione feudi, ad hunc ſolummodo effectum loquatur, quatenus illa Domino præiudicet vel non præiudicet. Ex quo ſequitur *d. §. ſi clientulus.* ſecundum ſubiectam (vt dici ſolet) materiam eodem modo ſimiliter accipiendum eſſe, *arg l. ſi in vno in princip locat. l. inſulam de praſcript. verb. & l. ſi ſtipulatus in princ. de*
41 *vſur. cum ſimilib.* vt ſcilicet alienatio † feudi voluntate Domini facta, ſtabilis ſit, & permaneat illa quidem, ſed in præiudicium ſolius Domini, non autem in præiudicium agnatorum, vtpote, quibus per voluntatem vel conſenſum Domini præiudicium nullum generari poſſit, *d. c. 1. in princ. de alienatio feud. pater.* Nec vero ad rem pertinet, quod in propoſito noſtro agnati de alienatione futura certiores facti, nunquam apparuerint, nec ſe declarauerint, an bona in controuerſia, emere præaliis noluerint, multoque minus alienationi contradixerint, ſciuerunt enim dubio procul, ius ſuum abſq; tali contradictione, ſibi durare & ſaluum remanere. *argumen. l ſicut. §. Non videtur. quib. mod pign. vel hypot hec. ſol.* vel præterea ſuperuacaneam eſſe promiſſionem eorum, quibus iure ipſorum prouiſum eſt atque conſultum, *l. vnica. C. de theſaur. libr. 10. cum ſimilib.*

Nunc reſtat, vt paucis declaremus, quo tempo-
42 re † agnati reuocare poſſint alienationem, qui quidem articulus, licet admodum ſit controuerſus, eo præſertim in caſu, quo alienator liberos (quemadmodum in propoſito vſu venit) habet ſuperſtites, & colligitur ex iis, quæ Dd. paſſim, in primis autem *in cap. 1 § hoc quoq; de ſucceſſ. feud. & in cap. 1 §. Titius filios, ſi de feud. defunct.* copioſe tradunt, & Ioann. Thom. de Marin. *in tractat de generib. & qualitatib feud. lib. 1. Tit. 2. num 67. verſ ex his infertur. cum 2. numeris ſeqq.* Communiter ſere tamen in hanc ſententiam diſceſſum eſt, quod agnati tunc, cum feudum antiquum minime legitime diſtractum eſt, alienationem reuocare viuo etiam patre, minime prohibeātur, ſi vero legitime, hoc eſt, voluntate & conſenſu Domini interueniente, alienatum fuerat, ſicuti in caſu noſtro contigit, reuocandi facultatem in effectu nullam habent, niſi mortuo demum alienatore. Aluarot. *in cap. 1. §. final. num. 23. qua fuit prim. cauſ. benef. amitt.* Dd. *in dict. c. 1 §. Titius filios.* vbi Andr. de Iſero *num. 1. verſic. quod filius ſtatim.* Aluar. *num. 1. & 4. ad fin. verſic. op & extra* & Matth. de Afflict. *num. 6. ſi de feu. defunct.* & idem Matth de Afflict *in cap. 1. §. hoc quoq; num. 7. de ſucceſſ. feud* Quo in loco ſe remittit ad ea, quæ Dd ſcribunt, *in cap. 1. qui ſucceſſ. teneant.* & ſcribit Iacob. de S. Georg. *in tractat. feud. ad verſ. & cum pacto. De non alienan nu. 4.* Martin. Laudenſ. *in d. §. Titius filios. num. 11.* & Zaſius *in epitom. feud. in 9. parte de feud. alien. num. 30. verſic. ſi non conſenſerat.*

Cuius quidem rei hæc eſt ratio, quod vaſallus dominium ſuum vtile tantiſper, quoad nimis eſt vendere atq; alienare poſſit, ſecundum Matth. de Afflict. *in d §. Titius filios. num 6.* per textum *d. c. 1. § hoc quoq; de ſucceſſio feud.* & Bald. *in dict. cap. 1. in prin num. 3. de alien. feud pater.* Vbi dicit, quod vaſallus † alienan- 43
do præiudicet agnatis ſuorum liberorum ad vitam quod attinet. Cum enim ius vaſallo † non niſi ſu- 44
orum liberorum vita terminetur, *capit. 1. §. final. in quib. cauſ. feud amittat.* minime quidem mirandum eſt, ſi ius emptoris ſimiliter tandem perſeueret.

Nam reſoluto demum † iure concedentis reſol- 45
uitur etiam ius accipientis. *l lex vectigali. de pignorib. l. pe o. § prædium de legat. 2. l. 1 in princip C. ſi pig. pig. dat. ſit.* And de Iſern. *in cap. 1. num 6 qui ſucceſſ. teneant.* Bald. *in cap 1. in princip num. 7 de alienat. feud. pater.* Matth. de Afflict. *in cap. 1 num. 17 qui ſucceſſ teneant. §. hoc quoque, num. 6. de ſucceſſ feud.* vbi in eandem ſententiam allegat textum *in l. ſi finita. § ſi de vectigalibus. de dam infect. & in cap. 1. §. Rurſus quibus mod feud. amittat.* & idem Matth. de Afflict *in c. 1. §. Titius filios. numer. 6. ſi de feud. defunct.*

Quamnis igitur nonnulli aliter ſentiant exiſtimantes, agnatos eo in caſu, quo vaſallo qui feudum abalienauit ſuperſtites ſunt filii, ad reuocādum feudum ſtatim, & quidem nullo reddito pretio, admitti. Bald *in d. c. 1 § Titius filios nu. 2 ſi de feud. defunct.* Potiſſimum vero, ſi non in remotiorem agnatum, ſed in extraneum, (id quod in propoſito etiam noſtro accidit,) facta ſit alienatio. Ioan. Thom. de Marin. *in tract. de generib. & qualitatib feud. lib 1. tit. 2. num. 68. cum 2. ſeqq.* Attamen à contraria ſententia, quam & ipſe, quem modo nominaui Marin. *citato in loco* communiter receptam aſſerit, non temere eſt recedendum, per vulgata ad idem propoſitum ſuperius allegata.

Porro, quemadmodum agnati grauantur in eo,
quod alienationem † feudi legitime diuenditi, vi- 46
uente etiamnum & ſuperſtite alienatore, reuocare non poſſunt, ita rurſum in eo releuantur, quod poſt mortem eiuſdem alienatoris, ad reuocationē abſq; vlla pretii refuſione admittuntur *cap. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit. cap 1 § porro, qual. olim feud pot alien.* & not Doct. *in ſæpiſſ. in dict § Titius filios.* vbi Iacob. de Beluiſ. *verſ oppo. itam.* & Aluarot. *num. 1. & 3* & Mart. Laudenſ. *num 7* & Zaſius *in epitom feud. in 9. part. n. 30 verſ. ſi vero in conſenſ. rat. cum ſimilib.*

Ac per ea quidem, quæ hactenus deducta ſunt, primæ parti propoſitæ quæſtionis, Num ſcilicet, &
à quibus † emptori eorum, de quibus nobis inſtitu- 47
ta eſt diſputatio, bonorum feudalium nomine, controuerſia moueri aliquando poſſit, ſatis eſſe factum arbitrantur. Nam quod venditor prætendit, creditores contentos eſſe oportere fructibus & commoditatibus feudi, donec ipſis fuerit ſatisfactum, id eo quidem in caſu locum haberet, quo feudum abſq; conſenſu Domini obligatum in cauſam Domini iudicati caperetur. Bartol. *in l ſi finita. §. ſi de vectigalibus, num. 5. de damn. infect.* Dd. *in c. 1. §. quid ergo.* vbi Andr. de Iſern. *num. 6.* & Matth. de Afflict. *num. 7. & 8. de inueſt. de re alien. fact. cum ſimilib allegat.* per Curtium *in tract. feud in 4 part. in explicatione vltim. cauſ. priuat. quæſt. 12. n. 102.* Cum tamen in propoſito noſtro feudum, interueniente conſenſu Domini, à vaſallo ipſo legitime fuerit venditum atque alienatum, & de ipſius pretio creditoribus æs alienum venditoris

exolu-

Digitized by Google

exolutum, ſecundum ea, quæ in facti narratione
commemorantur.

Reliqua igitur nunc eſt altera pars inſtitutæ quæ-
ſtionis, vbi dicitur, an non & qua ratione illa, de qua
ſibi emptor timere neceſſe habet, controuerſia præ-
caueri, & ab eo, hæredibusq; ipſius auerti poſſit. Quę
ſane ardua rurſum & difficilis eſt admodum quæ-
ſtio, & primo auditu quidē videri poſſit, forſan em-
ptori eo ipſo quod Illuſtriſſ. & Clementiſſ. Princeps
noſter I. G. D. S. bona vendita, in feudum ipſi conce-
dere, & de euictione ſpeciatim cauere paratus eſt,
quemadmodum ex concepto inſtrumento ad me
tranſmiſſo perſpicitur. Iam nunc ſatis eſſe conſul-
tum, ſecundum text. *in c. 1. in princ. de inueſt. de re alien.
fact. & in c. 1. ſi de feud. vaſal. ab aliquo interpell fuer.* & not.
vtrobiq; Dd. & fac. text. *in l. prætor. §. hoc interdictum. de
oper. nou. nuntiat.* præſertim cū is, quem honoris cauſa
ante nominauimus, Illuſtriſſ. D. S. I. G. fratrem &
reliquos agnatos venditoris aliquoties & quidem
ſub pœna amiſſionis iuris ſui, ſimultaneæ inueſtitu-
ræ ſcrio admonuerit, vt intra certum ac præfinitum
tempus animi ſui ſententiam declararent, vtrum il-
li⁹, de quo nūc agimus, bona ipſi met emere vellent,
an vero non vellent, illi vero non ſolum Illuſtriſſi-
mæ eius excelſitati, de voluntate ſua nihil vnquam
ſignificarunt, ſed eandem quoq; ne reſpōſo quidem
vllo ſunt dignati, vt habetur in eo, quod paulo ante
dixi, concepto emptionis & venditionis inſtrumen-
to, ex quo conſequi videtur, fratrem & agnatos de-
functi, iure ſimultaneæ inueſtituræ, in effectu iam
nunc cecidiſſe. Quādo enim de re feudali, vt in pro-
poſito agitur, raro vel nunquam alia pœna impo-
nēda eſt, quam pœna amiſſionis vel priuationis feu-
di, Innoc. *in c. ceterum. ad fin. verſic. & not. quod nunquam
mihi, nu. 6. de iudic.* quod dictum, tanquam notabile,
commendat Iacob. de S. Georg. *in tract. de feu. ad verb.
dictiq; vaſalli promiſerunt recognoſcere. n. 8. in fi.* Quapro-
pter eum in caſu noſtro frater & reliqui agnati pro-
ximi venditoris Illuſtriſſ. Principi ac Dn. D. S. de re
feudali præcipienti, dicto ſe audientes non præbue-
rint, iure tamen optimo, videtur Illuſtriſſima eius
excelſitas, huiuſcemodi præceptum ſub pœna amiſ-
ſionis ſimultaneæ, edidiſſe, præſertim cum quilibet
48 Dominus feudi † iuriſdictionē habeat ordinariam,
ratione tam rerum feudalium, quam vaſallorum. *d.
c. ceterum. de iudic. c. 1. §. final. de prohib. feud. alienat per Fe-
der.* & not. *vtroq; in loco* Dd. & Iaſon *in prælud. feud. nu.
55. cum ſimilib.* permiſſumque ſit iudicibus quibuſ-
cunq; iuriſdictionem & auctoritatem ſuam, irroga-
tione mulctarum & pœnarum, ſuſtinere ac defen-
dere. *l. ſi quis in princ.* vbi Bartol. Alexand. Iaſon & re-
liqui Dd. *ſi quis ius dicent. non obtemp. l. 1. §. quid ergo. de
vent. inſpic. l. 3. §. 1. verſic. prius tamen, vbi pupill. educ. deb.*
& fac. textus *in l. Lucius. de action. empt. & l. ad diem. de
verbor. obligation.* Cum reliquis eiuſdem generis
allegat. per Ioann. Blanc. *in Epitom. iur. feud. libr. 2.
capit. 1. Quibus modis feudum amitt. ad fin. mihi nume-
ro* 179.

Verum enimuero haud ſcio, an ii, quos ſæpe no-
49 minaui, frater & agnati † venditoris vi & poteſtate,
huiuſcemodi præcepti pœnalis, ſimultanea inueſti-
tura poſſint priuari. Cum certi ſit & explorati iuris,
50 quod vaſallus † abſque culpa, feudo minime ſit pri-
uandus, *c. 1.* & ibi Dd. *de feud. ſine culp. non amitten.* nec
51 iniuria quidem, cum pœna † adeoq; iniuria priua-
tionis, ſine culpa antegrediente, locum habere nul-
lo modo poſſit. *l. aliud eſt fraus. de verb. ſignificat. & l. ſan-
cimus. C. de pœn.* Iam vero certa ſunt genera † culpa- 52
rum, ob quas vaſallus feudi priuatione veniat mul-
tandus, quæ in libris feudorum paſſim enumeran-
tur, & præſertim *in c. 1. per totum, quæ fuit prim. cauſ. be-
nef. amitt.* Et licet alicubi dicatur: Cauſas † ingrati- 53
tudinis, in perſonis vaſallorum, nullo certo modo
definiri poſſe. *c. 1. verſ. ſi enim, in quib. cauſ. feud. amittat.*
nihilo tamen minus alio in loco, certa quodammo-
do præceptio, & quaſi regula quædā traditur, quod
ſcilicet pœna amiſſionis feudi imponi debeat non
ex iis ſolum cauſis, quæ in libris feudorum ſpeciali-
ter recenſentur, ſed ex illis etiam, ob quas ſecūdum
ius commune, exhæredationi, & repudio locus eſt
relictus, vel etiam ex aliis ſimilibus, aut etiam ex gra-
uioribus, *d. c. 1. §. prædictis modis. & §. Sed quæ natura. quæ
fuit prim. cauſ. benefic. amitten.* Ex quo efficitur, ob a-
lias non æque graues cauſas, vaſallum feudo haud-
quaquam eſſe priuandum, *argum. l. 1. §. huius rei. de of-
fic. eius cui mandat. eſt iuriſdictio. l. qui teſtamento. § mu-
lier.* iunct. gloſſ. *in verb. argumento, de teſtament. & dict.
l. ex eo. de teſtib. cum ſimilib.*

Licet itaq; frater & agnati venditoris, nimis ſe ci-
uiliter in propoſito geſſerint, eo, quod ab Illuſtriſſ.
Principe, ſæpiſſime admoniti nihil penitus reſpon-
derint (nihil enim reſpondere † ſuperbum eſt, male
reſpondere cōtumelioſum, ſecundum Ciceronem) 54
tamen hæc ipſorum ſiue inciuilitas, ſiue ſuperbia,
non ſatis eſſe cauſæ videtur, quamobrem feudo, &
ſimultanea inueſtitura excidant. Tum eas, quas
paulo ante commemoraui, ob cauſas, tum idcirco
etiam, quod pœna priuationis † nunquam locum
habeat, niſi ex legibus ſpeciatim & expreſſe irroge- 55
tur, *§. cum igitur. Auth. de non elig. ſecund. nub. collat. 1.*
Bald. *in Authent. de teſtament. Cod. de ſecund. nupt.* Ale-
xand. *in l. etiam §. 1. ſolut. matrimon* Iaſon *in l. 1. num. 12.
cum aliquot ſeqq. & in l. ſi quis maior. 30. ann. num. 8. Co-
dic. de tranſact.* vſq; adeo vt ne ſufficiat quidem, pœ-
nam huiuſcemodi priuationis legibus eſſe impoſi-
tam, niſi inſuper ſententia etiam declaratoria inter-
ueniat, Alex. *conſ. 103. num. 7 lib. 1.*

Quibus ita poſitis ac fixis, facilis eſt & expedita
reſponſio, ad dictam in contrariam ſententiam ſu-
perius adductam, videlicet, quod tunc, cum de re
feudali agitur, raro vel nunquam alia pœna impo-
nenda ſit, quam pœna priuationis feudi. Innocent.
*in c. cæterum. ad fin verſ. & nota quod nunquam, num 6. de
iudic. cum ſimilib. ſupra allegat.* Huic enim dicto ita
demum locus eſt relictus, ſi præceptio vel prohibi-
tio Domini talem quampiam ob cauſam fiat, ex
qua vaſallus, feudi amiſſione mulctari alias poſſet,
licet maxime comminatio pœnæ, nulla interceſſiſ-
ſet, ita notabiliter ſcribit Ioann. Blanc. *in Epitom feu-
dor. libr 2 cap. 1. quibus mod. & in quibus caſib. feud amit-
tat. ad fin. mihi numer. 179. argument. l. ictus fuſtium. de
his, qui notant. infam.* Verbi gratia, ſi Dominus feu-
di, vaſallo mandat, ſub pœna amiſſionis feudi, vt
appareat, præſtiturus vel ſeruitia perſonalia feudi
nomine debita, vel iuſiurandum fidelitatis. Hiſce
enim caſibus vaſallus amiſſioni rerum feudalium,
dubio procul ſubiacet, ſi Domini præcepto non
paruerit. Iacob. de S. Georg. *in tractat. feud. ad verb. di-
ctiq; vaſalli promiſerunt recognoſcere. num. 9.* Nam etſi
mandatum Domini nullā pœnæ comminationem
contineret, nihilominus tamen vaſallus feudo ve-
niat priuandus propter denegatam ſeruitiorum &
fidelitatis præſtationem, *capit. 1. §. ſed non eſt alia. Quæ
fuit prim. cauſ. benef. amitt & c. 1. §. ſi u. per quos fiat inueſt.*

ſi vero

ſi vero dominus alia ex cauſa, vi & natura ſua, feudi amiſſionem non habeat, ſub eadem pœna vaſallo præcipiat quidpiam vel prohibeat, eo in caſu vaſallus feudum haudquaquam perdit, cum eiuſcemodi præceptum non videtur iuſta cauſa feudi amittendi, quæ omnino neceſſaria eſt ad hoc, vt vaſallo beneficium adimi atq; ex toto quæri poſſit. *cap. 1. de feud. ſine culpa non amittend.* & ſcribit Blanc *in epitom. feud lib. 2. cap. 1. ad fin. num. 119. cum ſimilib.* Neq; enim hoc caſu ſatis eſt quælibet cauſa, ob quam vaſalli tanquam ingrati & beneficii accepti parum memoris grauatur opinio, *cap. 1. in princ. verſ. non enim. in quib. cauſ. feudum amittat. & c. 1. § ſed quia, verſ. aliud enim. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit.* at vero præceptum iuſtæ cauſæ expers, in tali præſertim negotio, in quo requiritur antegrediens cauſæ cognitio, nullius ponderis eſt, ac momenti, Bartol. *in l. filiusfamilias §. Diui. ad fin. num 23. de leg. 1. & in l. pater. § Lucius Agrippa. nu. 1. de leg. 3.* Quibus in locis ad comprobandam hanc ſententiam, allegat Cyn *in l. quoties, C. de fideicom.* ſed ſimplicis tantum comminationis inſtar obtinet, quæ nullam affert parendi neceſſitatem, *l. interuentio. & l. programma. Cod. de comminat. Epiſtol. cum ſimilib. allegat.* per Iacobin. de S. Georg. *in tractat. feudor. ad verb. dictiq; vaſalli promiſerunt, illud recognoſcere, num. 9. & 10.*

Vt igitur emptori & hæredibus eius recte & plene conſulatur, non parum atq; adeo plurimum retulerit, ſi contractui emptionis & venditionis inſerantur clauſulæ, *ex certa ſcientia & de plenitudine poteſta-*
56 *tis.* Harum enim clauſularum † tanta eſt vis atque poteſtas, vt non ſolum caſibus, quibus princeps eam adhibet, nihil opponi poſſit, quod gratiam & beneficium principis infringat, Bald. *in proœm. decretal. col. 4. ſed ne Principi quidem dici queat, cur ita facis?* idem Bald. *in prælud. feudor. column. 9. verſ. ſed pauca de Principe.* quin etiam contra illud, quod Princeps facit ex certa ſcientia, nemo penitus ſit audiendus, ſed quilibet illud ipſum in dubium reuocare præſumens, omnino & quidem perpetuo indicto ſilentio ſit repellendus, Bart. *in l. conſtituntur, §. Codicillis. de Codicill.* & Bald. *in cap. 1 verſ. ſi quis autem, in princ.* per illum textum *de pac. Conſtan. cum multis ſimilib. allegat.* per Dec. *conſil. 191. in quo agitatur. num 3.* Item *in conſ. 516. Quoniam cauſa noſtra, num. 8. & 12. & conſ. 655. viſo eleganti conſil. num. 19 cum 15. ſeqq.* & tradit prolixe admodum Iacob. Philip. Por. *lib. 1. concluſ. 1.* tametſi enim literæ & reſcripta
57 Principum † iuſte in dubio accipienda ſunt, & ita demum, vt in alterius detrimentum vel iniuriam minime redundent, *l. 1. §. merito, & § ſi quis à Principe, ne quid in loc. public. & l. ſcum aute. C. de emancipatio. liber.*
58 Propterea quod Principi nihil † placere intelligatur, præterquam id, quod æquum & iuſtum eſt, *l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.* Vſq; adeo vt licet maxime conſtet, Principem metas iuſtitiæ excedere voluiſſe, nunquam tamen videatur eas, niſi modice tranſiliiſſe, *l. quoties. C. de precib. Imperator. offerēd.* & not. Bald. *l. 1 num. 1. Lectur. nam. 1. & 6. de conſtitut. Princip.* attamen hanc præſumptionem veritati in contrarium apparenti, cedere neceſſe ſit, *c. veritate, & c. conſuetudo, 8. diſtinct.* Feder. de Sen. *conſil. 72. Benedictus ſeruus ſeruorum Dei. col. final.* & Oldra. *conſ. 22. num. 2.* nec immeri-
59 to quidem cum veritas ſit † probatio probata, non indigens diſcuſſione vel diſceptatione fori. Cyn. *in l. Nam ita Diuus,* & ibidem Dyn. *addit. de adopt.* Innocen. *in cap. cum inter vos, de conſuet.* & Bald. *in l. cum Imperator. de ſtatu homin.* Quos refert & ſequitur Hippolyt. de Marſil. *in practi. crimin. §. ſecunda queſt. num. 17.* atqui de veritate in contrarium conſtat, & illa ipſamet inſertione clauſularum, *ex certa ſcientia. & de plenitudine poteſtatis,* vtpote ex quibus liquet, quod Princeps illis etiam præiudicare noluerit, qui vel ius, iam nunc quæſitum habent, Caſtrenſ. *conſ. 105. de nat. prædict. col. 2.* Alex. *conſ 2. viſis Codicillis, num. 14. lib. 1.* & Dec. *d. conſ. 191. num. 3.* quæ cum huiuſcemodi ſint, conſequens eſt, illis multo magis præiudicium, per inſertionem talium clauſularum, generari poſſe, qui non de iure iam quæſito perdendo, ſed de iure adhuc quærendo certant, *argum. l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. final. C. de codicill. l. final. §. ſin autem creditores. Cod. de iur. deliberan. & l. final. C. de acquirend. poſſeſſ. cum ſimilibus.* Sicut in propoſito noſtro, frater & reliqui agnati venditoris, vtpote, verbaliter ipſi quoq; inueſtiti, ipſi ſolummodo non tam de iure quæſito amittendo, quam de iure quærendo agunt. Cuius rei locupletiſſimus auctor & teſtis eſt Dec. *in conſ. 269. conſultus ab illuſtri Domino. num. 6. 7. 8.* vbi in caſu noſtro pene ſimili notabiliter reſpondit, quod valeat priuilegium vel reſcriptum, quod agnati remouentur à ſucceſſione feudi, ea ratione, quod ſuperſtite adhuc vaſallo nihil iuris etiamnum ijs quæſitum agnatis, præſertim ſi eæ, quas ſæpe iam diximus, clauſulæ, *ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis,* priuilegio & reſcripto aliquo inſerantur, & cauſa aliqua ſubſit, quamobrem princeps huiuſcemodi clauſulas ad derogandum iuri alterius vſurpet, quemadmodum in propoſito noſtro non vnum aliquod, ſed multa huiuſce rei commoda ſubſunt, nempe neceſſaria cauſa alienationis, cum creditoribus venditoris alia ratione ſatisfieri non potuerit, Illuſtriſſimi item Principis I. G. exiſtimatio, ne videlicet id, quod per Illuſtriſſimam ipſius excelſitatem hocce in negotio actum eſt in irritum vocetur. Præterea ne emptor, qui interueniente conſenſu Domini, imo à Domino etiam ipſo, illa, de quibus hic loquimur, bona multis aureorum millibus comparauit, decipiatur, tantaq; pecuniæ ſumma iam nunc erogata ac ſoluta miſere fraudetur. Deniq; ne venditor, & viuus apud creditores ſuos de fide non ſeruata in periculum veniat, & mortuus iniuria quodammodo afficiatur, ſi ob nō ſoluti æris alienationem, hæredem forte non eſſet habiturus, cum interim eo in caſu, quo Dec. ex facto conſultus reſpondit, *d. conſ. 269.* vnica duntaxat, eaq; ipſa, non vſq; adeo vrgens ſubfuerit cauſa, nempe remunerationis.

Eſt autem hoc loco animaduertendum, quod cauſas, quibus Princeps adducitur, ad inſertionem vel vſurpationem prædictarum clauſularum, iuſtas aut releuantes eſſe neceſſario non requiritur, ſed eas quales quales & motiuas duntaxat eſſe, ſufficiat. Bald. *in l. reſcripta, col. 3 num. 10. C. de precib. Imp. offerend.* Tametſi enim ſecundum alios quoſdam talem ſubeſſe cauſam oporteat, quæ publicam vtilitatem reſpiciat, Bart. *in l. quacunq; in fin. C. de fid. inſtrumento & iur. haſt. fiſcal. lib. 10.* & Alex. *conſ. 136. viſo & examinato proceſſu, num. 12. lib. 1.* hoc tamen intelligendum eſt, eo in caſu quo aliquid tollitur, quod iure gētium quæſitum eſt, ſecus autem res ſe habet, ſi de illo auferendo ageretur, quod iuris ſtatuti ciuilis beneficio eſſet quæſitum, tunc enim non requiritur cauſæ publica vtilitas, ſed ſatis eſt cauſa cum priuata vtilitate coniuncta, Cranet. *in tract. de antiqu. temp. in 1. part. §. 1. nu. 51. & 52. col. 2.*

Quapropter cum Princeps dominium vel ius alteri nunc quæſitum, de plenitudine poteſtatis, abſq;

vlla etiam cauſa poſſit auferre, *l. item ſi verberatum.* §.
s. & ibi Angel. dicens eos, qui contrariam ſententi-
am ſuſtinere nituntur, mentiri. *de rei vendicatio. l. vindi-*
ctio. l. ſi priuatus, qui & à quib. manumiſſ. lib. non fiant.
l. certa forma, C. de iur. fiſc. lib. 10. cum ſimilibus. quanto
igitur magis idem locum habeat, neceſſe eſt in caſu
noſtro, quo non ſolum, de iure adhuc quærendo a-
gitur, ſed multæ etiam graues vigent cauſæ, quam-
obrem hãc, de qua agimus, venditionem bonorum
feudalium reuocare minime conueniat *argum. auth.*
multo magis, Cod. de ſacroſanct. eccleſ. & pertinent huc
quæ tradit Alex *conſil 136. viſo & examinato proceſſu,*
num. 1. lib. 1. vbi in hanc ſententiam, quod princeps
alteri ius ſuum, ex cauſa detrahere poſſit, permulta
allegat, præſertim cum vtile dominiũ, quod vaſallo
competit, *c. 1. §. vti autem, de inueſt. de re alien. fact.* licet
maxime iam nunc quæſitum eſt, iuris ſit duntaxat
ciuilis, Dec. *dict. conſ. 269 num. 5.* per ea quæ ſcribit
Bart. *in l. ex hoc iure, numer. 5. de iuſt. & iur.* & ea, quæ
iure ciuili acquiruntur, multo minori ac faciliori
negotio tollantur, quam ea, quæ iure gentium ſo-
lent acquiri, Bald. *in l. final. num. 6. verſ. ſed immediate*
opponitur, C. ſenten. reſcin. non poſſ. Angel. *in d. l. Lucius,*
de euictio. Caſtren. *in l. 3. num. 4. de teſtam. & l. cum here-*
des, in princ. de acquir. poſſ. quos *prædict. in loc.* refert & ſe-
quitur Decius.

60 Ex quo etiam fit, quod ius † præſcriptione adeo-
que iure ciuili quæſitũ, princeps de plenitudine po-
teſtatis, tollere modis omnibus poſſit. Alb. de Roſ.
in l. quoties, C. de precib. Imperator. offerend. & Dec. *in cap.*
quæ in eccleſiarum, de conſtit. quorum ſententiam com-
memorat, & ſequitur Marcus Antonius Natta *in*
conſ. 511. vniuerſitas, numer. vndecimo, libr. 3. & explicat
latius Crauet. *in tract. de antiquit. temp. 1. part. §. 1. n. 49.*
nec quidem iniuria, cum ius ciuile vel poſitiuum in
ſolius principis authoritate cõſiſtat, ideoq; mirao-
dum non ſit, quod ipſum de plenitudine poteſta-
tis abſq; vlla etiam cauſa poſſit tollere, Bald. *in l. re-*
ſcripta, col. fin. nu. 12. C. de precib. Imper. off. ren. & Crauet.
in tract. de antiquit. temporum, in part. 1. §. 1. n. 38. per te-
xtum *l. principi, de legib. & l. digna vox, C. eo tit. cum ſimili-*
lib. & ſi forte quis diceret, ea quæ de iure vel domi-
nio alteri auferendo paulo ante deduximus, in prin-
cipe ſolum Romano, vel Imperatore locum habere
C. in dict. l. quoties, de precib. imperat. offeren. vbi in ſpecie
61 ſcribit, quod ius alterius † auferre nemo poſſit, quã
Cęſar vel ſummus pontifex, alijs vero ſuperiorẽ re-
cognoſcentibus veluti Marchionibus, Comitib. &
reliquis eiuſdem generis magnatibus, huiuſcemodi
poteſtas haud quaquam competat. Idemq; ſcriptũ
reliquit Io. Franc. Balb. *in tractat. præſcript. in 5. part. 5.*
62 *partis princ. 8. quæſt.* principem (inquiens) poſſe † de-
rogare iuri per præſcriptionẽ quæſito, adiecta clau-
ſula, *non obſtante,* ſed non inferiorem à principe. In
promptu eſt reſponſio, quod ſcilicet Duces, Princi-
63 pes † Marchiones & Magnates, cum regali dignitate
perpetuo inueſtiti, tantundem iuris habeant & po-
teſtatis, in regionib & populis ditioni ſuæ ſubiectis,
quantũ habet Cæſar in imperio Rom. *in cõſ. viſis codi-*
cillis, n. 8. & 9. li. 1. vbi in hãc ſententiã allegat Caſt. *in*
conſ. 115. ſuper primo dubio. ad fi. & conſ. 34. col. fin. lib. 2. &
not. Fran. Curt. *in tract. feudor. in 2. part.* vbi de feudo
laico explicat, *2. princip. quæſtio. numer. 6. & 7.* vbi
bene multa in hanc ſententiam adducit. Quin et-
iam non deſunt, qui dicant, non ſolum Duces,
64 Principes † & Marchiones, verum etiam ciuita-
tes rem & dominium priuato ex cauſa poſſe auferre,
Roman. *conſil. 301. in caſu propoſitæ conſultationis.*
Quem refert & ſequitur Dec. *d. conſ. 269. conſultus ab*
illuſtri Domino, num. 4. ad fin.

Quocirca, (vt præſens reſponſum tandem ali-
quando concludamus) nõ parum, atq; adeo pluri-
mum retulerit, ſi inſtrumento, tum emptionis &
venditionis, tum etiam inueſtituræ eæ, quas ſæ-
pe iam diximus, clauſulæ, *ex certa ſcientia, & de ple-*
nitudine poteſtatis, omnino inſerantur, quemadmo-
dum ſupra iam diximus, adiunctis etiam vel ſpecia-
tim numeratis cauſis, ob quas Illuſtriſs. princeps L.
G. illa de quibus diu nunc multumq; diſputamus,
bona feudalia, Ioann. F. à F. vendiderit, ſecundum
ea, quæ prolixe tradit Crauet. *in tractat. de antiquitat.*
temporum. in 1. par. §. 1. præſertim *num. 25. 29. & 30.* id
quod abſentibus etiam fratreq; & agnatis non cita-
tis Eraſmi à W. fieri iure optimo poteſt. Cũ ex cer-
ta ſcientia & de plenitudine poteſtatis, parte etiam
non citata rite ac recte procedatur, Hoſtienſ. & An-
ton. de Bur. *in c. in noſtra* & ibidem Ioan. de Imol. *de*
procurator. & Alexand. *conſ. 16. in cauſa & lite, & conſ.*
30. ponderatis, libr. 5. quos authores cõmmemorat &
ſequitur Dec. *in ſæpe d. conſ. 269. nu. 8 ad fin.* quo ipſo
etiam in loco prudenter & caute admonet, in hiſce
& ſimilibus cauſis eo amplius maioris ſecuritatis &
dubitationis tollendæ gratia, adiiciendam quoq;
clauſulam, *non obſtante,* hunc fere in modum: *non*
obſtantibus quibuſcunq; iuribus & diſpoſitionibus feudo-
rum ſanctorum agnatorum concernentibus: imprimis vero
non obſtante, *cap. 1. de alienatio. feud. pater. c. 1. §. Titius fi-*
lios. ſi de feud. defunct. & c. 1. § ſed etiam res, per quos fiat in-
ueſtit. cum ſimilib. Quibus omnibus & ſingulis ex cer-
ta ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, ſpeciatim
& expreſſe derogamus. Quod quidem Decij con-
ſilium, tanquam prudens & ſalutare, emptori o-
mnino ſequendum eſſe, cenſeo. Et quoniam non-
nullos in hac eſſe ſententia ſupra admonuimus,
vt ſolum principem vel Imperatorem Romanum,
non autem alios ipſo inferiores, veluti Duces, Mar-
chiones & Principes habere poteſtatem exiſtimant,
te vel dominio ſuo quempiam priuandi, Caſtrenſ.
in l. quoties, num. 2. verſ. adde vnum, C. de precib. Imperato-
ri offerend. cum ſimilibus ſupra allegatis, non abs re faciet
emptor ſi maioris etiam cautionis gratia, confirma-
tionem emptionis & inueſtituræ, à ſacra Cæſarea
Maieſtate impetrauerit operãq; dederit, vt omnes
illę, quas paulo ante recenſuimus, clauſulæ huiuſce-
modi confirmationis ambitu comprehendantur,
argum. l. quæ dubitationis, de regul. iur. & leg. quæ in teſta-
mento

His itaque perſcriptis relatum eſt mihi à ma-
gno quodam viro huius negotij optime conſcio,
quod frater & agnati venditoris, ſimultaneæ inue-
ſtituræ renouationem nunquam petierunt, ſic-
que ſecundum vſurpatam (vt ipſe aiebat) hiſce
in locis peculiarem conſuetudinem, tali ſimulta-
nea inueſtitura iam dudum exciderunt, cuius rei et-
iam locuples teſtis eſt celeberrimus, & expertiſſ.
Germaniæ noſtræ Iuriſconſultus † Hieronymus 65
Schurpf. *in conſil. decimo ſexto, ſuper poſita conſultatio-*
ne, cent. 1.

Dum ibidem ſcribit, quod ijs in locis, vbi collate-
rales ratione ſimultaneæ inueſtituræ, vel coniunctæ
manus, (quam appellãt) ad ſucceſſionem feudi vo-
cantur, generali conſuetudine ſit vſurpatum, vt ij,

quos modo diximus, agnati & collaterales poſt mortem, poſſeſſores vel Domini feudi intra annum & diem reuouationẽ inueſtituræ petere neceſſe habent. Sicq; quoq; obſeruari inquiens in terris Saxoniæ, vbi collaterales non ſuccedunt in feudo, etiam antiquo, niſi ſimultaneam habeant inueſtituram, Germanice die geſampte Hand.

Quæ quidem conſuetudo ſi ita haberet, res plana eſſet atq; expedita. Cum enim ius ipſum feudorum, quo cauetur, quod vaſallus, qui necdũ in poſſeſſionem feudi venit, inueſtituram petere non teneatur, Dd. *in c.* 1. Aluar. *num.* 11. & Præpoſ. *n.* 3. *qua fuit prim. cauſ. benef. amitt.* & idem Præpoſ. *in c.* 1. *num.* 2. *quo temp. mil. inueſtit. pet. debeat* & Zabarel. *in c.* 2. *ex. de feudis.* vſu ac conſuetudine ſit receptum, *cap. in princip. verſ. in iudicio etenim, & verſ. legati autem, de feud. cognitio.* non dubium eſt, quin contraria conſuetudine poſſit immutari, *arg. l. de quibus, de legib.* § *ſed naturalia. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. l. ab emptione, de pact. l. prout quiſq; de ſolutio. l. fere quibuſcunq;, & l. nil tam naturale, de reg. iur.*

66 Sed quoniam conſuetudo † in facto conſiſtit, *c.* 1. *de conſtitutio. lib.* 6 adeoq; quod conſequens eſt, probatione indiget, *l. quæcunq;*, § *fin. de public. in rem act.* haud ſcio, an nuda Doctoris Hieronymi Schurpffii aſſeueratio ſatis ſit ad eandem comprobandam: tā-
67 etſi enim non deſunt, qui Doctori † conſuetudinẽ aſſerenti fidem adhibendam eſſe cenſent, Bar. *in l. de quibus, in* 4. *quæſt. princ. nu.* 21. *de legib.* Idem Bart. *in l.* 1. *C. de dignitat. lib.* 12. Præpoſ. *in c.* 1. § *præterea ducatus. de prohib. feu. alienatio. per Feder.* Præſertim ſi Doctor ſit authoritatis magnæ & de conſuetudine eius loci atteſtetur in quo ſolitus eſt commorari, Matt. de Afflict. *in c.* 1. *num.* 35. *de feud. cognitio.*

68 Veruntamen verior eorum mihi † videtur eſſe ſententia, qui dicunt, dictum Doctoris de conſuetudine vel obſeruatione atteſtantis fidem non mereri, niſi huiuſcemodi conſuetudo & obſeruantia aliter probetur, quod ad Doctoris officium & curā non pertineat, de conſuetudine, quæ eſt facti (quod prudentiſſimos etiam quoſq; non raro ſolet fallere *l.* 2. *de iur. & fact. igno.*) iudicium ſuum interponere, ſed ius interpretari, deq; eo reſpondere, Alex. *in l. poſt dotem, num.* 19 *ſol. mat.* Iaſon *in d. l. de quibus, n.* 89 *de legib.* Ioan. Cām eg. *in tract. de dot. in* 3 *part. quæſt.* 154. & Ioan. Vaſ. *in tr. de lucro dot. quæſt.* 26. *num.* 14. Idq; tunc potiſſimum procedit, quando de conſuetudine, iuri cōmuni contraria agitur. Illa enim modis omnibus legitime probanda eſt Bald. *in l. conſentaneum, verſ.* 5. *oppoſitio, C. quomod. & quand. iud.* quem referunt & ſequuntur Alex *in d. l. poſt dotem, num.* 19. & Iaſon *in l. de quibus, n.* 89 Quanquam interim ſilentio prætermittendum non eſt, aſſeuerationem præcellentis Doctoris de conſuetudine atteſtantis, ſi non plenā probationem (vt paulo ante diximus) at certe præſumptionem quandam inducere, per quam onus probādi contrarium in partem aduerſam transferatur, ſecundum Crau. *in conſil.* 166. *licet plurimi præſtantiſſimi Doctores, num* 9 *& in riſpon pro genero, n.* 476. vbi hanc ſententiam communiter receptam eſſe teſtatur cū infinitis pene ſimilibus allegatis per Iacob. Philipp. Purt. *concluſ.* 24. *Doctori atteſtanti, lib.* 1 *concluſ. & regular.* quo in loco hunc articulum in vtramque partem prolixe admodum diſputat, atque examinat.

CONSILIVM VI.

Svmmaria.

1 *Doctores omnes, imprimis conſulentes breuitati ſtudere debent.*

2 *Debitor cautionem exponens, vel obligationem creditori ſuo dans, confeſſioni ſuæ ſtare debet.*

3 *Nemo ſuo facto proprio contraire debet, etiamſi de iure non ſubſiſtat.*

4 *Promiſſio ſub fide & dignitate principum facta, inſtar iuriſiurandi obtinet.*

5 *Solutionis inſtrumentum cui ſemel datum eſt, is amplius moleſtari vel inquietari non debet.*

6 *Oratio vel diſpoſitio generalis tantum quoad omnia operatur, quantum ſpecialis, quoad ſpecialiter enumerata.*

7 *Qui magiſtratus iure alienationis, non ſucceſſionis ad dignitates ſubuehuntur, obligationes ſuorum prædeceſſorum ratas habere non debent.*

8 *Qui lucrum ex aliqua perſona capit, eiuſdem quoq; factum præſtare debet.*

9 *Pater & filius vna eademque perſona eſſe cenſetur: ſicut heres & defunctus.*

10 *Cautio nuda & indiſcreta confitenti non obeſt.*

11 *Quietationes vel liberationes debiti ſolutionem optime probant.*

12 *Scriptura priuata incommodum ſcribentis regulariter non probat.*

13 *Cura rationum reddendarum de ære alieno cui incumbit, is de omnibus, quæ ab eo geſta ſunt, fidem præſtare debet.*

14 *Inſtrumenta & ſcriptura publica de magnis ſummis æris alieni fieri ſolent.*

15 *Perſona eius, qui antegrediente mandato pecuniam nomine mandantis expendit, expreſſe per mandantem approbari cenſetur.*

16 *Procuratoris rationibus, iuramento ſcribentis interueniente, quando credatur.*

27 *Summa parua an etiam ſine inſtrumentis vel quietationibus probetur, & quando.*

18 *Expenſa magna quando libro rationum adminiſtratoris probentur.*

19 *Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validiſſimum.*

20 *Libro rationum manu alterius ſcripto cur maior fides adhibeatur, quam ipſius adminiſtratoris.*

21 *Vox & depoſitio teſtis pro aliquo tanquam verum teſtimonium quando probet.*

22 *Scriptura & teſtium depoſitio à pari procedunt.*

23 *Proteſtatio animum & intentionem agentis quando declaret.*

24 *Emens cum pacto de retrouendendo, fit dominus, & fructus ex re tali pacto mandata, facit ſuos.*

25 *Actus diiudicatur ſecundum formam & effectum, non ſecundum verbalem denominationem.*

26 *Rei alicuius forma & effectus magis attenditur, quam denominatio.*

27 *Obligatio in contractibus re celebratis in maiorem ſummam contrahi non poteſt, quam reuera data aut numerata eſt.*

28 *Mutuum eſt contractus re celebratus.*

29 *Adminiſtratores quilibet rationem ſui geſtus reddere tenentur.*

30 *Inducta ad verum finem, contrarium effectum operari non debent.*

31 *Ratio modi nulla habetur, niſi effectus habeatur.*

32 Con-

32 *Contractus ex conuentione legem accipit.*
33 *Contractus quidem ab initio eſt voluntatis, ex poſtfacto autem neceſsitatis.*

DEI OPT. MAX. AVXILIO humiliter implorato.

Deß D. H. von S. Handlung/ mit C. F. D. zu B.

1 Demnach hochlöblicher ſeliger gedächtniß C. F. J. M. B. Schulden halben/ (ſo auch eines theyls von G. zu R. herrüren/ vnd derowegen widerumb S. Churf. G. 10000. Thaler empfangen haben ſollen) an dem Keyſerlichen Kammergericht verklagt worden. Habē S. C. F. G. ſolcher execution vorzukom̃en/ ſich mit D. B. ſolch ſchuldverſchreibung vm̃ 41000. Thal. abzulöſen eyngelaſſen/ alſo daß auß mangelung Geldt D. B. die Schuldbrieffe/ darauff am Cam̃ergericht zu hochgedachtē ſchulden deß C. F. geklagt/ nie gäntzlich an ſich bringen/ noch zu rechtfertigung/ viel weniger die darüber zugeſagten Gelder/ darüber vollkömmlich J. C. F. Gn. verſetzen können.

In ſolcher Handlung ob wol allezeit/ allerſeyts bewilliget/ geſchloſſen/ verbrieffet vnnd verſiegelt worden/ doch alſo faſt zwey jahr lang ſtecken blieben.

2 Darauß weyl hochgedachter C. F. allerley nachtheyl (wie ſolches nachfolgende S. C. F. G. quitantz ſub E. gibt) zubefahren gehabt/ vñ ſonderlich weil dieſelben ſchuldverſchreibung ſich mit auffgehäufften Zinſen/ auff ein viel höhers erſtrecket/ dieſelbe zu L. F. vnd an andern orthen zuverkauffen außgebotten/ welches etliche J. C. F. G. Räthe erfahren/ jhrem Herren vorbracht/ vnd darob wie ſolchem vnrath zuvorkommen/ Gelt zu löſung der Brieffe auffgebracht werden möge/ iſt darauff der von S. Hauptmann zu B. vorgeſchlagen worden.

3 Als haben J. C. F. G. denſelben vnnd T. M. mit Credentz zu dem von S. abgefertiget/ gnedigſt geſunnen/ dieweil der von S. mit L. Kauffleuthen etwan bekandt/ ſo woll er S. C. F. G. zu ehren vnd gefallen ſolche Schuldverſchreibung an ſich bringen/ wolte dann S. C. F. G. mit jhm ferner darauß handeln vnd jhn genugſamen verſichern. Hat jhm derwegen auch folgende in der Faſten zu W. vnnd P. auch endtlich in der Marterwochen deſſelbigen 61. Jahrs/ durch obgedachten T. M. vnnd A. von R. nachmals erſuchen vnd durch Credentz gnedigſt an jhn geſunnen laſſen/ ſich ſolcher handlung halben zu jhrer Churfürſtlichen Gnaden in der Oſterwochen gegen C. an der S. zubegeben/ welches von dem von S. vnterthenigſt gehorſamlich geſchehen. Vnd iſt allda zwiſchen viel vnnd hochgedachtem Churfürſten vnnd dem von S. einen Kauff jnnhalts Copia B. geſchloſſen/ nemlich daß von hochgedachtem Churfürſten dem von S. 4125. Thaler auß dem Ampt L. vnnd deſſelben verſchrieben zugehörungen eynkommen/ jährlichen in der Oſterwochen fünff vnnd ſiebentzig tauſendt Thaler zu D. B. widerkäufflichen verkaufft ſeyn/ darauff auch jhrer Churfürſtlicher Gnaden dem von S. das Ampt L. alſo widerkäufflichen eyngereumet hat/ dareyn gewieſen/ auch in gerühliche gewähr geſatzt/ vnd jhm die Vnterthanen pflichtbar gemacht/ alles nach fernerm beſage deß obgemeldten Kauffbrieffs.

4 Darein auch folgendt der Durchleuchtigſte hochgeborne Fürſt vnnd H. J. G. M. B. jetziger zeit Churfürſt/ gnädigſt auch mit verzeihung aller exception/ nach beſage deß Kauffbrieffs/ gewilliget/ ſolchen auch mit ſeiner Churfürſtlichen Gnaden angehengtem Secret bekräfftiget vnd eygener Handt vnterſchrieben hat. Wie dann auch S. damals Fürſtliche Gnade vermöge derſelben dem von A. zuſchreiben/ allhier ſub C. in der erſten geſtallten Notull der Kauffsverſchreibung vber L. ſonderlichen allein eines Puncts halben/ nemblich dz dareyn geſetzt geweſen/ J. F. Bruder A. E. S. hochlöblicher vnnd ſeliger gedächtniß/ als ein M. B. auch mit beſchrieben ſeyn/ vnnd Stegeln ſolte/ bedencken gehabt/ ſonſten allenthalben wol darmit zufrieden/ vnnd darüber dem von S. zuſchreibet das vertrawen zu viel vnnd hochermeldten ſeiner Churfürſtlichen Gnaden Vatter/ vnnd E. nuhnmehr Churfürſtlichen Gnaden zutragen/ daß ſolches jhm dem von S. zu gar keinem nachtheyl gereichen ſolte/ ſondern alles/ ſo jhm bewilliget vnnd verſchrieben worden/ nuhn ohne das Fürſtlichen vnnd auffrichtig gehalten werden ſolle.

co conſtitutus eſt vt ius dicat, (vnde & nomen iudex inuenit, hoc eſt, iuſte decernat, *leg. fin. verſic. præter quoque de iuſt. & iur.* & notat Matth. de Afflict. *in dict. §. iudices, numero decimo quinto*, per textum *canonis 1. 32. quæſt. 2.* & pertinet huc, quod ſcriptum legimus in Pſalmo, *Iuſte iudicate filij hominum.* Item *Leuit. 19. Iuſte iudica proximo tuo. Deuteronom. 1 Quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ille ſit, ſiue peregrinus. Deuteronom. 16 Iudices* (inquit ibi Dominus Deus) *& magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio, &c.* & quod denique Cicero ſcriptum reliquit, operendum eſſe, inquiens, vt magiſtratus, legum ſimiles ſint, qui non affectu, ſed æquitate ad iudicandum ducuntur, vt non immerito Iuſtinianus Imperator reſcripſiſſe videatur in hæc verba: *propterea iudices facimus & iuiurandum eos ſubire iubemus, vt vnicuique interpellanti iuſtitiam ſeruent, ſecundum noſtras leges. authentic. vt different. iudices in princip. verſicul. propterea, collatio 9.* quo etiam in loco idem, quem modo nominaui, Imperator Iuſtinianus, iudices ſeuere, & & quidem ſub grauis pœnæ, vel ſupplicij comminatione admonet, vt interpellantium cauſas iuſte

determinent, nulloq; modo vel negotia d fferant,
vel litigantibus iuſtitiæ adminiſtrationem dene-
15 gent: iuſtitiam autem † denegare iudex tunc di-
citur, quãdo ter requiſitus obmuteſcit, (ſic enim lo-
quuntur Doctores) hoc eſt, officium ſuum peten-
ti non impertit, vſque adeo, vt ob eiuſcemodi iu-
ſtitiæ denegationem, licite concedantur repræſaliæ
quemadmodum poſt Andr. de Iſern. ſcribit Baldus
in capit. 1 ad verb. hic non reſpondes, mihi numero primo, & numero quinto, in verb. ter monitus, de milite vaſall. qui contu. eſt.
16 Porro iudex iuſtitiam adminiſtrare † negligens
damnum omne parti læſæ reſarcire, & præterea ſi
maior ſit magiſtratus vel iudex, ærario principis vel
Imperatoris, pœnam decem librarum auri, inferre
compellatur, minor autem iudex pœna trium li-
brarum auri mulctabitur. Textus eſt manifeſtus
in dict. cap. 1. §. iudices, & notat ibidem Matthæus de
Afflict. *in 3 notabil. numero vigeſimo tertio, verſic. item quæro, an iudices.* & quod iudex vel magiſtratus iuſti-
tiam vel pœnam adminiſtrare detrectans, vel etiam
negligens parti læſæ ad damna vel id quod intereſt,
teneatur, expreſſe ſcribit Bald. *in l. fin. in fin. de var. & extraord. cognitio.*
17 Iudex (inquiens) negligens † facere alteri iuſti-
tiam, tenetur actione in factum ad intereſſe, non
quidem per hanc legem & ſimiles, ſed per *titul in authentic. vt different. iud.* in quo imponitur iudici ne-
gligenti pœna criminalis, & regula eſt (inquit por-
18 ro) quod vbicunque, quis † poteſt accuſare cri-
minaliter, ex eodem facto poſſit agere ciuiliter ad
ad intereſſe, *leg. ne quicquam, pro ſoc. & leg. qui nomine, ad l Corn. de falſ.* hæc ibi Bart. illudque ipſum
etiam ibi annotarunt Doctores, *in authent ſtatuimus.*
vbi Bald. *numer. ſecundo. verſic. & tenetur parti læſæ Cod. de epiſcop & cleric.* vnnd hierdurch iſt auch die andere
Frag nothdürfftig reſoluieret vnnd bewehret wor-
den.

So viel nun letztlich die dritte Frag anlangend/
iſt abermals klares Rechtens vnnd vnläugbar/ daß
die Vnterthanen eines Fürſten oder einer Statt / ſo
bey jhrer Obrigkeit / denen ſie ohne mittel vnterworf-
fen / gebürliches Rechtliches eynſehen nicht erlan-
gen/ können ſich deſſen bey der Römiſchen Keyſerli-
chen Mayeſtet / als der höchſten Obrigkeit / vnd dem
allgemeinen Richter Teutſcher Nation / zubeſchweren
gut fug vnnd recht haben/mit bitt/jhre Mayeſtet wöl-
len das jenige / was billich vnnd recht/in ſolchen vnd
dergleichen fällen verfügen.

Auß welchem allen nothwendig vnnd vnwider-
ſprechlich erfolget/ daß auch dem offtgemelten Gläu-
biger / darvon man allhier redet / als dem auff ſein
vieljäriges vnterthäniges anſuchen die gebührliche
Hülff/ vnnd alſo die Gerechtigkeit nicht mitgetheylet
werden wöllen/ ſolcher Recurß zu aller höchſtgedach-
tem Käyſerlichen Mayeſtet/ vnſerm aller Gnädigſten
Herrn gleicher gſtalt vnbenommen. Dann ob wol ein jeder
Fürſt ſeine iuriſdiction/ vnd Gerechtigkeit hat / vnnd
alſo die Händel vor jrer Fürſtlichen Gnaden in erſter
inſtanz/ ohne mittel gehörig/ ſo ſeynd dannoch gleich-
wol etliche gewiſſe fälle / dardurch ſolche Gerichtbar-
keit reſoluirt / vnnd an die höchſte Obrigkeit deuol-
uiert wirdt / vnter welchen fällen die negligenz vnnd
verſeumbnuß in mittheylung deß Rechten auch be-
griffen / vnd hat ſolches allhier auß dieſer Vrſachen
deſto mehr ſtatt / daß alle vnnd jede Chur- vnd Für-
ſten deß heyligen Römiſchen Reichs, Teutſcher Na-
tion/ jhre iuriſdictiones oder gerichtbarkeiten / von
der Römiſchen Käyſerl. Mayeſtet / als dem Quell-
brunnen aller Gericht / bekommen vnd empfangen/
vnnd alſo jhrer Käyſerlichen May. iuriſdiction mit
aller Chur vnnd Fürſten iuriſdiction concurrirt vnd
derſelben jhren eynfluß hat.

Quod autem prædicta ita ſe habeant, manifeſtiſ-
ſime comprobatur ex eo, quod quoties per trinam
requiſitionem † conuincatur durities & pertinacia 19
magiſtratus, poſtea recurri poſſit ad ſuperiorem, te-
xtus eſt notabilis, *in cap. 1. ad fin. verſ. quod ſi ter monitus, ſi de inu. feud. contr.* & notat ibidem Bald. *n. 5. verſ. dicit Hoſtienſis.* ſubiungens idem notari *in cap. ſtatuimus, de ſupplen. negligen. prælat. in nouell.* & tradit idem Bald. *in authent ſtatuimus, numer. 2. C. de epiſcop. & cleric.* vbi
dicit, Comitem Flandrenſem, ſæpe requiſitum de-
negaſſe iuriſdictionem ſuam ſubditis, & quod id-
circo ſubditi habuerint regreſſum, ad regem Fran-
corum: tametſi enim quilibet princeps inferior, in
territorio ſuo iuriſdictionem ſuam habeat & exer-
ceat, de qua ſuperior in prima inſtantia, præſertim
regulariter ſe non intromittit, Dd. *in l. in hac,* vbi Bal-
dus & Salycet. *in fin. C de donatio.* attamen certæ ſunt
cauſæ, ex quibus eiuſcemodi iuriſdictio diſſoluitur.
quas commemorat Bald. *in leg. 1. in fin. C. de emancipat. liberor.* & inter cæteras cauſas recenſet etiam negli-
gentiam, in iuſtitia adminiſtranda per textum *§. ſi vero aliqui, authent. de quæſto. collatio. 6.* quæ quidem iuriſ-
dictionis diſſolutio, & deuolutio ad Imperatorem
tanto etiam magis locum habeat, in propoſito ne-
ceſſe eſt, propterea quod omnis iuriſdictio † Impe 20
ratoris eſt ab eoque procedit, *cap. 1 §. iudices vero,* &
notat ibidem Matth. de Afflict. *in 2 notab. verſ. & ideo dicebat, numer.* 10. & 11. *de pac. iuran. firman.* allegans
etiam ad hanc ſententiam Bald *in c. 1. in princ. qui dica. dux, comes, &c.* & eſt inſuper textus *in c. 1. in princip.* (vt
quidam legunt) *in d. c. 1 §. ad hac. de pac. iur. firmand.* &
annotarunt ibidem Dd. nempe Bald. *num. 2.* Aluaro.
num 1. & Matth de Afflict *num. 7. in 3. notab.* dicen-
tes, quod omnis † iuriſdictio ſit Imperatoris: nam 21
ipſe eſt, (inquiunt) qui iuriſdictionem tribuit, cre-
ando vel confirmando magiſtratus, vel etiam præ-
ſtando autoritatem creandi aut cõfirmandi, vſq; ad-
eo vt ne minima quidem iuriſdictio conferri poſſit,
niſi interueniente principis autoritate, & ſubiun-
gunt *prædicto in loco* Dd. velut Bald. *num. 11.* & Matth.
de Afflict. *num. 12.* quod iuriſdictiones † ſint apud 22
Cæſarem, tanquam apud fontem, à quo per conceſ-
ſiones, commiſſiones & confirmationes fluant, &
poſtea per appellationes, nullitates & querelas ad
eundem refluant, &c. quod dictum Baldi refert e-
tiam & ſequitur M. Anton. Nat. *in conſilio ſexcenteſimo trigeſimo ſexto, multa ſunt. numero* 43. cui & illud
non abſimile eſt, quod iuriſdictio principalis, in-
fluere dicatur in ſecundariam, & cum eadem con-
currere, Bart. *in leg 1 §. præſides, numer. 3. verſic. ego conſueui, de requir. reis.* per textum *leg. omnes, §. verum ſi apparitor* & not. ibid. Bal. *num. 3. C. de epiſcop. & cler.* Daß
alſo auch die dritte vnd letzte frag richtig vnd im Rech-
ten keinen zweiffel hat.

Appendix.

His iam cõpoſitis atq; perſcriptis, bin ich ferrner
bericht/ dz ſich gedachtes Schuldners weib hin vñ wi-
der vernemẽ laſſen/ es were vom Landsfürſtẽ dẽ gläubi-
ger ernſtlich befolẽ wordẽ/ ſein gelt auff deß ſchuldners
erkaufften gut/ erſtehen vnd ſich am gewönlichen ver-

zinſen

Zinſen begnügen zulaſſen / mit dieſem anhang / es wüſte noch niemands weder der Gläubiger oder ſeine Erben an ſolcher ſumma einen Heller oder Pfenning bekommen möchten / wie dann auch nicht ohn / daß jezt hoch vnd vielgedachter Landesfürſt dem Schuldiger befohlen haben mag / dz die hinderſtelligen vnd künfftig fälligen zinſe / von ihm dem Schuldiger entrichtet / oder im fall der Gläubiger dieſelben nicht annehmen wolte / in ihrer Fürſtlichen Gnaden Ampt hinderlegt vnnd verwarlich deponirt werden ſollen. Daß ſich dennoch darfür anſehen leßt / als were deß Landesfürſten meynung daß obgedachte Summa beym Schuldiger / vnnd auff deſſelben Gütern / ein anzahl Jahr lang / wie in der Fürſtlichen Räthe abſchiede gemeldet wirdt / vnabgeleget ſtehen bleiben ſolle.

Wirdt demnach ferner vnnd zum vierdten gefraget / ob viel vnnd hochgedachter Landesfürſt im Rechten befüget / oder nicht / den handel ohne bewilligung deß Gläubigers dahin zurichten / daß vielberührtes Geldt bey dem Schuldiger auff ein anzahl Jahr vnabgelegt ſtehen bleibe.

Nuhn ſcheint aber anfänglich im Rechten verſehen ſeyn / daß einem Fürſten vnbenommen den Schuldigern auff eine anzahl Jahr / als nemblich fünff / auch mehe / vnd gleich zehen / zwantzig / dreyſſig / zugeben vnd nachzulaſſen.

Dann ob gleich der Gläubiger in dieſem fall die Zahlung nicht allsbald erlanget / ſo wirdt ihm dannoch durch die mitgetheylte Fürſtliche dilation / ſeine Schuldtforderung nicht abgeſchnitten / ſondern nur eine zeitlang verſchoben / daß er alſo durch ſolche gegebene friſt / nicht ſonderlich benachtheylt wirdt / vnd gehört hieher auch die gemeyne Rechtslehr / daß ein Fürſt ſeinen Vnterthanen auch das ihre auß Vrſachen nehmen vnd entziehen möge / wie dann diß falls auch Vrſachen vorhanden dem Schuldiger die Zalungsfriſt mitzutheylen / weyl derſelbe mit anderen Schulden mehr verhafft / vnnd die Schulden darvon man diß falls handelt / alsbaldt in der eyl oder auff einen ſtutz / ohne ſeinen Schaden zuzahlen nicht vermüglich / Sonderlich angeſehen / weil auch in dem fall / da viel Gläubiger vorhanden / der mehrer theyl ſolcher Gläubiger / ohne wiſſen vnd bewilligung deß andern geringern theyls / dem Schuldiger Zahlungsfriſt geben vnnd mittheylen können / iſt nuhn ſolches den Gläubigern als Priuat perſonen / im Rechten nachgelaſſen / ſo muß es ja der Obrigkeit / vñ ſonderlich einem Landtsfürſten / viel mehr erlaubet vnd zugelaſſen ſeyn.

Daß aber nuhn dem alſo / kan nicht geläugnet
23 werden / quod reſcriptum † principis, per quod conceditur dilatio, firmiter ſubſiſtat, textus eſt *in lege ſecunda, Cod. de precibus Imperator. offerend.* Idque verum eſt, vſque adeo vt non modo in quinquennij, verum etiam in vlterioris temporis, veluti decem, viginti vel triginta annorum dilatione procedat, Salycetus *in dicta lege ſecunda, numero tertio, extra quæro*, inquiens, *ſi per debitorem impetretur dilatio longi temporis, puta, decem, viginti vel triginta annorum. Et dic, quod teneat argumento huius legis*, hæc ille. Nec immerito.
24 Cum per hanc dilationis † conceſſionem, ius petendi debitum, minime auferatur, ſed tantum differatur, iuxta illud vulgo tritum ſermone prouerbium: quod differtur non aufertur, *leg. cum furioſus, in princip. de iudic. dicta lege ſecunda*, & ibi Bartol. *numero primo, Cod. de precibus Imperator. offeren. leg. deberi, Cod. de fideicommiſſa. libertat.* & notat Bald. *in lege prima, numero nono, Cod. de inſtitutio. & ſubſtitutio. ſub conditio. fact.* vt proinde creditor non magno afficiatur incommodo ratione moræ vel dilationis conceſſæ, *argument. leg. ſi debitori. de iudic.* Præſertim cum non ſolum † principi liceat, ius ſubditis ex 25
cauſa auferre, *lege item ſi verberatum, §. 1. de rei vendicatio leg. Lucius, de euictio.* Cano. *in cap. quæ eccleſiarum, de conſtitutio.* Cynus, Baldus, & reliqui Doctores, *in leg. reſcripta, C. de precib. Imperat. offerend.* & idem Bald. *in leg. fin. Cod ſi contr. ius. vel vtil public.* cum infinitis pene ſimilibus alleg. per Alexand. *conſil. centeſimo trigeſimo ſexto, viſo & examinato proceſſu numero primo, libro 1.* verum ẽt illo in caſu, quo multi ſunt vnius alicuius debitoris creditores, nonnulli etiam & quidem numero plures reliquis numero paucioribus etiã inuitis ſoluendi dilationem creditori poſſent concedere, *l. & ſuum hæredem, §. fin cum l. ſeqq de pact. & leg. fin. Cod. qui bon. ced. poſſ* & notant vtrobiq; Doctores. ſi igitur eiuſcemodi facultas dilationis concedendæ, permiſſa eſt creditoribus, tanquam priuatis, multo quidem magis perſonis publicis, adeoque magiſtratibus, inprimis vero principibus permiſſa etiam ſit, neceſſe eſt, *argum. auth. multo magis, C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Deſſen alles aber vnnd jezt erzehlter ſchein Argument vngeacht / wirt bey mir gewißlich darfür gehalten / daß offt vnnd hochgedachter F. im Rechten nicht befügt / die ſachen auſſerhalb deß Gläubigers bewilligung / dahin zu richten / daß obberühete Summa auff ein anzahl Jahr vnabgelegt ſtehen bleibe.

Dann erſtlich kan der Gläubiger / als dem vermöge aller Rechten / eine freye verwaltung ſeiner Güter nachgelaſſen / wider ſeinen freyen willen nicht gedrungen werden / dem Schuldiger längere dilation oder zahlungsfriſt nachzulaſſen / ſo hat ferner auch vnd zum andern der Landesfürſt keine eygenthümbliche Gerechtigkeit / vber ihrer Fürſtlichen Gnaden Vnterthanen / vnnd alſo auch deß Gläubigers Güter / ſondern iſt allein Dominus / ſo viel die iuriſdiction vnnd Protection der Vnterthanen anlanget / auß welchem ferner erfolget / daß ihrer Fürſtlichen Gnaden von offterwendtes Gläubigers anſtehenden Geldes / mit erſtreckung der Zahlungsfriſt / oder ſonſten ihme dem Gläubiger zum nachtheyl oder beſchwerung zu diſponiren nicht gebühren wölle / zuforderſt da ſolche friſt auff eine ſolche lange zeit ſoll gerichtet werden / dann es iſt klares Rechtens / daß niemands das ſeyne wider ſeinen willen entzogen / ſondern viel mehr einem jeden das ſeyne gelaſſen / vnnd freye verwaltung deſſelben geſtattet werden ſoll.

Vnnd ob nuhn wol droben diſputirlicher weyſe vorbracht / daß einem Fürſten vnbenommen dem Schuldiger auff fünff vnnd gleich mehr Jahr zahlungsfriſt / auch ohne deß Gläubigers eynwilligung nachzulaſſen / weyl ſonderlich dem mehren theyl / der Gläubiger ſolches im rechten auch erlaubet / Item daß ein Fürſt den Vnterthanen auch auß Vrſach das ihre nemen vnd entziehen möchte.

So iſt dannoch ſolches dieſer meynung nicht zuwider / dann zu geſchweigen / daß die Rechte diß falls de principe ſolum Romano, vñ alſo der Röm. Kay. Mayeſt reden.

So kan ferner auch ire Mayeſtet ſelber keine weltere dilation oder friſt / vermöge der Rechten indulgiren / dann nur auff fünff Jahr / alſo auch / da

gleich jhre Maieſtet weytere dilation zugeben ſich an-
maſſete / daß doch gleichwol dieſelbe / ſo viel die vbri-
gen Jahr anlanget / an jhr ſelbſten nichtig were.

Daß aber der mehrertheyl der Glänbiger / dem
wenigern theyl præiudiciern könne / ſolches hat ſeine
ſonderliche Vrſach / als nemlich / daß auff den fall /
da die bewilligung deß mehrern vnnd gröſſern theyls
meynung nicht vorgezogen werden ſolte / diß abſur-
dum & maxime inconueniens , darauß erfolgen
wolte.

Daß deß kleinern vnnd geringern theyls widri-
ge meynung vnnd dieſes mehr dann gröſſern theyles
Conſenß gelten müſte / vnnd alſo der weniger theyl
deß gröſſern vnnd mehrern theyls / nicht zuhindern
oder auffzuhalten macht haben ſolte / ſo hat ferner
auch die Keyſerliche Mayeſtet ſelber nicht fug noch
macht jemands das ſeyne / ohne genugſame vnnd be-
ſtändige Vrſach / (welche doch aber diß falls nicht
vorhanden / in anſehen / daß die vielheit der Schul-
den vnnd deß Schuldigers vnvermügenheit / jhnen
nicht entſchuldiget) zuentziehen vnnd zunemmen /
viel weniger aber kan ſolches einem Fürſten / ſo die
Käyſerliche Mayeſtet vor einen Oberherrn erkennen
thut (wie diß falls geſchicht) nachgelaſſen ſeyn / zuför-
derſt weyl auch im Rechten klärlich verſehen / daß
nur der Römiſchen Keyſerlichen Mayeſtet / als der
höchſten Obrigkeit / vor ein ſonderlich reſeruat erlau-
bet / den Vnterthanen das jhre / jedoch nicht an-
derſt / dann vermittelſt genugſamer vnnd beſtändiger
Vrſach / bißweylen zuentziehen / vnnd das ſolches
inferioribus magiſtratibus , als Hertzogen / Marg-
grauen / Fürſten / Grauen vnd Herren in dem Rech-
ten nicht erlaubet noch vergünſtiget.

Welches aber mit fundamentis iuris beſtändiglich
zubewehren / iſts klares vnläugbaren Rechtens / quod
26 quilibet † ſicque etiam in propoſito noſtro is,
de quo loquimur, creditor tanquam Dominus, re-
rum ſuarum æquus ſit moderator & arbiter, *leg. in
re mandata, Cod. mandat.* & notat Bartol. *in leg. ſi quis,
ſi quis à parent. fuer. manumiſſ. & leg. nemo externus, C. de
Iuda.* multoq; igitur minus cogendus ſit de iure ſuo,
contra voluntatem ſuam decedere vel aliquid re-
mittere. Cum iniquum leges eſſe dicant, non re-
27 linqui liberis † & ingenuis liberam rerum ſuarum
tum adminiſtrationem, tum alienationem, *l. 2. ſi quis
à parent. fuer. manumiſſ. & leg. dudum, C. de contrahend.
emption cum ſimilib.*

28 Contra vero principes † vel magiſtratus Domi-
ni non ſint rerum ad ſubditos ſuos pertinentium,
ad proprietatem quod attinet, ſed reſpectu iuriſdi-
ctionis & protectionis , *leg. 1. § initio, verſiculo cum
vrbem, de offic. præfect. vrb.* notat gloſſ. *in leg. bene à Ze
none , in verb. omnia , Codic. de quadrien. præſcriptio.* &
Hoſtienſ. Panormitanus, Innocentius & reliqui Ca-
non. *in capit. Nimis, de iureiurand.* Speculator *in titu-
lo, de feud. §. quoniam. verſic. decimo quarto quæritur, nu-
mero vigeſimo octauo,* Bartolus *in proœm. Digeſt. numero
tertio, & in conſtitutio. ad reprimendum, in verb totius
orbis.* Panormitan. *in capitulo ſi diligenti, in 2. notabili.
de præſcriptio.* Aegyd. Boſſ. *in titulo de princip. & priuileg.
eius num. ducenteſimo quadrageſimo tertio,* & Hierony-
mus de Monte. *in tractat. de finibus regund. cap. nonage-
ſimo ſexto, numero ſeptimo, octauo & nono , cum ſimilibus.*
Ex quo neceſſario ſequitur, quod is, de quo in pro-
poſito loquimur, Illuſtriſſimus princeps N. de eius,
quem ſæpe dicimus , creditoris debitis, ad laxio-
rem diem vel terminum, & præſertim longo poſt
tempore, ſoluendis, adeoque in creditoris præiudi-
cium , diſponere iure non poſſit, cum manifeſti ſit
iuris, quod nemini ius † ſuum contra voluntatem 29
eius ſit auferendum , vel extorquendum, ſed ſuum
potius cuique relinquendum, *l. 2. in princ. de his, qui
ſunt. ſui vel al. iur. l. fin. de pact. l. cum dos, de pact. dotalib. leg.
id quod noſtrum, de reg. iur. & l. nemo externus, Cod. de Iudæ.
cum ſimilib.*

Et licet ſuperius contra diſputando dictum ſit,
nihil impedire, quo minus princeps debitori ſolu-
tionis terminum ad quinq; pluresue annos credi-
tore etiam non conſentiente prorogare (cum præ-
ſertim maiori parti creditorum, iure id licitum ſit ac
permiſſum) ac ſubditis ſuis ius ipſorum ex cauſa tol-
lere poſſit. Ea tamen omnia ſententiæ noſtræ mini-
me refragantur, vt enim ſilentio prætermittã, quod
iura hoc caſu de ſummo tantum principe, adeoque
de Imperatore Romano loquantur, non poteſt et-
iam Cæſarea maieſtas ipſa longiorẽ ſoluendi dilati-
onem, quam in quinquennij tempus concedere, vſ-
que adeo, vt ſi laxius tempus cõcedere præſumeret,
nullius momenti foret talis conceſſio. Cum .n. eiuſ-
cemodi conceſſio , ſine graui partis præiudicio fieri
debeat, *d. leg. 2. Cod. de precibus Imperat. offerend.* con-
ſequens eſt à contrario ſenſu ſolutionis dilationem
ad modicum tempus eſſe reſtringendam, hoc eſt, in
quinquennium. *leg. fin. qui bon. ced. poſſunt.* Alioquin
enim ſi modicum tempus excederet, præiudicium
iam non modicum, ſed graue & magnum eſſe futu-
rum, Caſtrenſ. *in dicta lege ſecunda , in fin.* ſubiungens,
quod alias reſcriptum foret prorſus inutile non ſo-
lum ad reſiduum tempus, ſed etiam ad quinquenni-
um ipſum quod attinet, propterea quod petatur v-
num tempus indiuiduum , argument. eorum, quæ
notan. *in l. ſi ſponſus , § generaliter , de donatio. inter
vir. & vxor. iunct. leg. ſcire debemus, de verborum obli-
gation.*

Quod autem dicitur maiorem partem credito-
rum, laxiorem ſoluendi terminum debitori indul-
gentium minori parti creditorum præiudicare, id
peculiari ratione nititur. Nempe quod inconueni-
ens & abſurdum admodum eſſet futurum, ſi diſſen-
ſus minoris partis creditorum, conſenſui maioris
partis præponderaret vel præponendus eſſet. Cum
vtique conuenientius ſit , vt pactum † maioris & 30
potioris partis minori præiudicet, quam è conuer-
ſo , ne minor pars † commodum maioris partis 31
impediat vel remoretur, Doctores *in l. & ſuum here-
dem, §. final.* vbi Bald. *numero ſecundo, verſic. ratio ergo.*
& Paulus Caſtrenſis *numer. 1. verſic. conuenientius , de
pactis.*

Præterea princeps etiam † Romanus ipſe cui- 32
piam ius ſuum inuito auferre vel extorquere, niſi in
ſta ex cauſa, non poteſt, *dict. leg. item ſi verberatum, §. 1.
de rei vendicatio. & leg. Lucius , de euictio.* & Doctores
in cap. quæ in eccleſiarum , de conſtitutio. & notat prolixe
Alexand. *in dict. conſil. 156 viſo & examinato proceſſu,
numero primo , libro 1. & in l. fin. Cod. ſi cont. ius, vel vtilit.
public.* & Crauett. *de antiquit. temp. in 1. part. in prin-
cip. numer. quadrageſimo octauo & quadrageſimo nono, cum
aliquot ſeqq. & in 4. parte. in princ. numer. trigeſimo octa-
no, cum ſeqq. aliquot.*

Cum interim in propoſito nulla , (quantum ego
quidem video) iuſta ſubſit cauſa ſolutionis diffe-
rendæ. Niſi forte multitudo æris alieni & inopia
debitoris , cauſæ loco conſiderentur : Quod ta-
men fieri iure non poteſt, cum inopia † & difficul- 33

cas

tas ſolutionis debitorem haudquaquam excuſet, *l. continuus.* §. *illud, de verb. obligat.*

Si itaq; Principi Romano ſummoq; magiſtratui abſque iuſta & legitima cauſa, ius ſuum nemini auferre licet: quanto igitur minus Principi inferiori, & Imperatorem Romanum tanquam ſuperiorem recognoſcenti, illud ipſum licere cenſendum eſt? Inprimis vero cum hæc poteſtas auferendi cuiq; ex cauſa, quod ſuum eſt, in numerum illorum aggregetur, quæ Imperatori in ſignum ſupremi imperii peculiariter ſunt reſeruata, eaq; propter talis facultas inferioribus Principibus, veluti Ducibus, Marchionib. & Comitibus, non æque ſit permiſſa. Paul. Caſtrenſ. *in dict. l. 2. numer. 2. verſicul. adde vnum quod eſt notandum. Codic. de precib. imperat. offerend.* & Matthæus de Afflict. *in Rubric. capit. vnici. quæ ſint regal. numero* 42.

CONSILIVM IX.

SVMMARIA.

1 *Iuriſconſulti officium quodnam eſt.*
2 *Mulier an dotalitium ſeu dotarium ita promiſſum poſt mariti obitum petere poſſit vel non nu. 3.*
4 *Dos & donatio propter nuptias paribus paſſibus ambulant.*
5 *Dos an in feudo conſtitui poſſit?*
6 *Quæ alienatio vel diſtractio, an ſemper prohibita ſit.*
7 *Alienationis appellatione an etiam donatio comprehendatur.*
8 *Maritus vxori ſuæ ſine domini conſenſu dotalitium in feudo conſtituere non poteſt.*
9 *Quilibet voluntatem ſuam diſpoſitioni iuris conformare velle videtur.*
10 *Pecunia eſt res fungibilis, & feudum in ea datum, non valet nec conſiſtit. nu. 11.*
12 *Bona feudalia quomodo ab allodialibus vel hæreditariis differunt.*
13 *Actiones perſonales perſonam contrahentis & eius hæredum egredi non debent.*
14 *Obligationes perſonales poſſeſſorem feudi non ſequi neceſſe habent.*
15 *Vaſalli æs alienum, an ſit onus feudi, vel onus hæreditatis. num. 16.*
17 *Hæres hæreditatem adiens, omnia, quæ defunctus ipſe voluit, velle dicitur.*
18 *Feudum pro debitis vaſalli non obligatur.*
19 *Obligatio perſonalis eius, cum quo negotium contrahitur, perſonam & hæredes ſequitur.*
20 *De quibus nam debitis hoc in conſilio caſus loquitur.*
21 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
22 *Quænam iura in cauſarum deciſione quoad actiones perſonales & reales ſeruanda.*
23 *Perſonæ ſexus fœminei feudorum incapaces ſunt.*
24 *Argumentum à ſufficiente partium enumeratione in iure eſt validum.*
25 *Eius quod omnino non eſt, nullæ ſint qualitates.*
26 *Prætoris eſt exiſtimare, an ſua ſit iuriſdictio: ſic vocati & citati eſt, non contemnere prætoris auctoritatem.*
27 *Diſtinctio inter proceſſum iudiciarium & in deciſione cauſarum, quænam adhibenda.*
28 *Donationis propter nuptias cur tantus fauor non eſt atque dotis. num. 36.*
29 *Dos & donatio propter nuptias ſunt relatiua & correlatiua.*
30 *Dos ſine matrimonio eſſe nequit.*
31 *Caſus in iure omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis. num. 41.*
32 *Æqualitas inter dotem & donationem propter nuptias, in omnibus & per omnia ſeruari debet.*
33 *Conſuetudo eiuſq; vis quæ ac qualis in Franconia de elocandis virginibus nobilibus.*
34 *Pacta & conuentiones inſtrumentis dotalibus inſerta, pro legibus ſtatutis & conſuetudinib. allegari poſſunt.*
35 *Iuris eius loci in cauſarum deciſione ſtandum eſt, in quo negotium contractum fuit.*
37 *Cauſa dotis eſt fauorabilis & priuilegiata, ac cur. numer. 38.*
39 *Donatio propter nuptias dotẽ præſupponit, ſicut dos matrimonium num. 40.*
42 *Mulier, ſi ex dote conſcripta vel promiſſa nihil præſtitit, mortuo viro nihil prorſus percipiet ex donatione propter nuptias.*
43 *Nobiliſſæ ex bonis hæreditariis morte patris eis obuenientibus, cur in matrimonium collocari nequeant, & quando.*
44 *Quæ in elocatione nobiliſſarum maximopere conſideranda veniunt.*
45 *Succeſſor feudalis an debita feudi ratione vel occaſione contracta ſoluere neceſſe habeat, & quænam ſint eiuſcemodi debita.*
46 *Diſtinctio inter debita per vaſallum contracta, quænam.*
47 *Virgines & puellæ nobiles, quando ex bonis feudalibus elocari poſſunt.*
48 *Lex & conſuetudo eiuſdem ſunt effectus.*
49 *Poſteriora prioribus derogant, & quando non.*
50 *Quæ poſtremo loco geſta ſunt, prioribus derogare ſolent.*
51 *Prætendentes negligentiam vel ignauiam, audiri non debent.*
52 *Dominium eſt ius de re ſua libere ac perfecto diſponendi, niſi lege prohibeatur.*

DEI OPT. MAX. AVXILIO.

WIewol die zeit / innerhalb welcher dieſer Rathſchlag verfertiget werden ſoll / ſehr kurtz / ich auch mit vielen andern nothwendigen Geſchefften vñ Händeln beladen / ſo hab ich dannoch nicht vnterlaſſen wollen / mein bedencken auff den mir vberſandten fall / vnd zu end deſſelbẽ angeheffte Fragen / wie ſichs nach gelegenheit vnnd kürtz der zeit leyden wollen / zu ſtellen vnd auffs Papir zu bringen / ſintemahl ich mich zuerinnern weyß / quod † ad Iurisconſulti curam & offi- 1
cium in primis pertineat, vt conſultus aliis de iure reſpondeat vel conſulat, Bart. *in l. 2. Cod. de prox. ſacro. ſcrinio. lib. 10.* Ludou. Roman. *in l. 2. in princ. num. 20. in fin. ſolut. matrimon.* per text. *l. ſancimus. C. de aduocat. diuerſ. iud. & per d. l. 2. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 10* Dd. *in cap. 1. de offic. iud. cum ſimilib. allegat.* per Dd. *in l. inuitus. num. 6 de reg. iur* & ſcribit Ioan. Baptiſt. Aſin. *in l. ſi quis ſepulchrum in prin. num. 16 & 22. de religioſ. & ſumptib. fun.* Befinde demnach das dieſer Handel auff ſechs vnterſchiedenen Fragen beruhet / vnter welchen diß die erſte iſt / weyl des verſtorbenẽ J. E. M. zu P. H. ſeligen vberlebendiger Vätter vnd Lehens folger / E. B. ſich deſſelben fahrnüß vnd eygner Güter nit vnterſangen / ja auch ſolcher Güter halben / im wenigſten ſich nicht einlaſſen wollen / ob er als Lehens Erbe / oder aber die Land vñ eygnes erbẽ / gedachtes H. J. ſelig nachgelaſſener Witwen / die jr in der Eheſtifftung / deren Copey mit vberſendt worden / verſchriebene Wiederlegung

oder donation propter nuptias, (dann alſo verſtehe ich dieſe erſte Frage / vngeacht das ſie etwas dunckel geſtellt / vnd dafür ſichs bey mir anſehen leſt / mangelhafft) vermüge der Käyſerlichen Rechten außzurichten ſchuldig?

Solche Frag vermittelſt Göttlicher verleyhung kürtzlich zu reſoluiren / möchte anfänglich nicht vnbillig in zweyffel gezogen werden / ob H. J. E M. zu B. ſeligen hinderlaſſene Widtwe nach gelegenheit dieſes falls / jhr die wiederlegung würcklich nicht conſtituire noch beſtellt / ſondern allein Schrifftlich verheyſſen vnd zugeſagt / ſolche wiederlegung zu fördern gefügt / oder nicht?

Ob nun wohl der Rechtes Lehrer zum theyl hierüber diſceptiren vnnd zweyffeln / ſo iſt dannoch die bewehrteſte meynung / das die Weiber in ſolchen vnnd dergleichen Fällen / auch nach abſterben jhrer Ehemänner / zu ſuchen wohl fug haben / das jhnen die verſchriebenen oder verheyſſene wiederlegung nachmahls würcklich beſtellt vnd auffgerichtet werden.

Soviel aber nun ſolche Frage an jhr ſelbſt anlanget / halte ichs eygentlich darfür / das nicht die Lehen / ſondern die Lands Erben dißfalls obgedachte donation propter nuptias oder wiederlegung zuverrichten pflichtig / auß nachfolgenden Vrſachen.

Dann erſtlich hat H. J. E. zu B. ſeligen vberlebendiger Vatter / vnd neheſter Lehensfolger C. V. in obgemelten Heuraths Brieff der Lehenſtifftung mit keinem Wort gemeldet / das ſolche wiederlegung auß den Lehen Gütern geſchehen / oder darauff verſchrieben werden ſolte / vnd iſt derwegen nicht vermuthlich / das diß ſeine meynung geweſen / dann ohne das würde er ſonder zweyffel außdrücklich anzuzeygen vnd zuvermelden nicht vnterlaſſen haben.

Zum andern iſt auch klares Rechtens / dz die Mitgifft oder das Ehegelt / im Rechten dos genandt / vnd dann die wiederlegung / oder dz gegen vermachnüß / ſo die Rechte donationes propter nuptias nennen / ad patia indicirt werden / vnd paribus paſſibus ambulirn ſollen / nun iſt aber klares Rechtens / das die Weiblichen perſonen jhr Mitgifft oder Ehegeldt / auß oder auff den Lehengütern / auſſerhalb des Lehenherren gunſt vnd mitbelehnter Bewilligung / regulariter nit können noch mügen conſtituirt oder gegeben werden: Auß welchen ferner erfolget / das die donation ꝓpter nuptias vnnd wiederlegungen / oder auch die Leibgeding / im Rechten dotalitia oder dotaria genandt / in vnd auff Lehengüter gleicher geſtalt / auch auſſerhalb des Lehenherren conſens vñ mitbelehnter bewilligung / nicht mügen conſtituirt noch auffgericht werden / wie die beſchriebenen Lehenrechte vnd derſelben Lehrer davon reden.

Vnnd hierauß ſchleuſt ſich zum dritten ferner zu ſtarck / das vielgedachter H. J. E. zu B. nunmehr ſeliger / offtgemelte wiederlegung allein mit Gelde / vnd ſeine meynung deſto weniger geweſen / das die Lehengüter mit der wiederlegung oder donation propter nuptias, davon wir allhier handeln / ſolten beſchwerdt werden / alldieweyl im Rechten vermuthlich / das ein jeder ſeine meynung vnd diſpoſition dem Rechten gemeß regulirn vnd verſtanden haben wolte.

Zum vierdten kompt dieſem ferner zu ſtärcke / das vielgedachter H. J. E. zu P H. nunmehr ſeliger / offtgemelte wiederlegung allein mit Geld / (welches regulariter die art vnd natur Männlicher Lehengüter nit an ſich hat / noch haben kan) als nemblich mit 1000. Gülden Rheyniſcher Landtswehrung zu F item mit 300. Gülden zur Morgengab / zuſampt einem Anſitze / auch mit notturfftigen Braw vnd Brenholtz / auffgericht vnd beſtalt / vnd alſo dardurch genugſam zuerkennen gegeben / das er die Lehengüter mit ſolcher wiederlegung zubeſchweren nicht willens geweſen / inmaſſen er dann / vermöge der gemeinen beſchriebenen Lehenrechte / auch ohne das zuthun nit macht gehabt hatte.

Vnnd ob er nun wohl in der Eheberedung angehangen / das ſolche wiederlegung / auff beſagten ligenden / vnverpfändeten vnd vnverhafften Gütern / oder ſonſten an gewiſſen Zinſen / Gülten vnnd Gelde nützungen / darauff ſie genugſam notturfftiglich vñ wohl verſehen / verſichert werden ſolte / ſo geſchicht dannoch daſelbſt von den Lehengütern noch keine meldung / vnd müſſen derowegen auch ſolche Wort / von Erbgütern allein verſtanden werden / ſintemahl mit Lehengütern beſtendiger weyß keine verſicherung oder taugliche donation / nach inhalt der Lehenrecht beſtellt werden mag / vnnd demnach viel vnd wohlgedachter H J E von B. dißfalls geſchehene verwilligung / jetzgedachten Lehenrechten / vnd derſelben verordnung in alle wege gemeß zuverſtehen / vnd ſo viel von der erſten Frage.

Hæc autem ita ſe habere non dubium eſt. Nam primum quidem non immerito addubitatur, num mulieri † dotalitium vel dotarium (quod ſic vocãt) 2
ſi duntaxat promiſſum poſt obitum mariti, petere poſſit vel non? Tum, quod quæſtio an ſit? primum locum ſecundũ dialecticos obtinere debeat. *l. Diuus.* & ibi Bart. *num. 1. de milit. teſt. & l. 4. de teſtam. tut.* Tum etiam quod non deſint, qui exiſtiment eiuſmodi dotalitium † ab vxore peti iam non poſſe, ſed id tan- 3
tum, quod ipſius intereſt, dotalitium ſibi viuente adhuc marito conſtitutum non eſſe. *argument. l. 2. §. item ſi facto. de verb. obligat.* & ſcribit Matth. de Afflict. *in §. denare cap. 1. num. 54. Qualit. olim feud. pot. alien.* quo in loco refert ſe in contrariam ſententiam conſuluiſſe, quod ſcilicet ratione promiſſionis, de dotario conſtituendo factæ, mulier defuncto etiam marito, nihilominus petere poſſit ſibi eiuſmodi dotarium conſtitui, propterea quod hæredes obligentur virtute promiſſionis ad conſtituendum, & mulier petendo dotarium ſibi promiſſum, videatur etiam petere antecedens, videlic. vt conſtituatur, vt ſecundum eum ſcribit Bald. *in authent. dos data, C. de donat. ant. nupt.* cum reliquis eiuſdem generis per Matth. de Afflict. in eo, quem modo dixi inducto loco allegatis.

Quo ſic conſtituto conſentaneum eſt, vt ſic primam quæſtionem reſoluamus. Ad quam ego paucis arbitror reſpondendum, quod in propoſito non Caius veluti ſucceſſor feudalis, patruelis ſui Sempronii iam pie defuncti, ſed hæredes eiuſdem Ioachimi allodiales, (quos vulgo ſic vocant) donationem propter nuptias vel dotalitium viduæ eiuſdem conſtituere teneantur, in quam quidem ſententiam his adducor rationibus.

Primum, quod idem, quem dico I. in eo, quod inter ipſum & ſponſam ſuam nũc temporis viduam, ante annos aliquot confectum fuit, dotali inſtrumento, ne minimo quidem verbo meminerit, quod donatio propter nuptias vel dotalitium in bonis feudalibus conſtitui, vel ex eiſdem præſtari debeat. Ex quo veriſimile, vel cõiectura probabilis ſit, quod hæc ipſius non fuerit mens & volũtas. Cæteroquin enim non difficile ipſi fuiſſet, id ipſum verbis expreſſis

preſſis nuncupare vel efferre: at vero, cum hæc non fecerit, conſequens modis omnibus eſt, eum non voluiſſe id quod non dixit, *arg. c. ad audientiam. de decim. & l. vnic. §. ſia autem ad deficienti.* vbi Bald. & reliqui Dd. not. *C. de caduc. tollend.*

4 Secundo certi & manifeſti iuris eſt, quod dos † & donatio propter nuptias indicentur ad paria, vel paribus paſſibus ambulent. *auth. æqualitas, C. de pact.* & in corpore vnde ſumitur. Iam vero dos regulariter in 5 feudo † conſtitui non poteſt, ergo pari ratione nec donatio propter nuptias, *d. c. 1. §. Donare.* vbi Bald. *nu. 1. qual. olim feud. pot. alien* Aluarot. *ibid. num.* 1. nota, inquiens, quod vaſallus alteri nun poterat olim feudum ſuum donare, quod eſt verum etiam hodie, 6 cum omnis † alienatio vel diſtractio ſit probibita. *capit. 1. in princip. de probib. feud. alienatio. per Federic. in princip.* conſtat namque quod appellatione aliena-7 tionis † comprehendatur etiam donatio, *§. alienationis. Authentic. de non alienand. aut permutand. rebus Eccleſ. collat.* 2. & intelligas de omni donatione, ſiue ſit donatio ſimplex, ſiue inter viuos, ſiue propter nuptias (notetur) ſiue cauſa mortis, *leg. alienatum. §. donationis, de verborum ſignification & l. filius familias, §. pari autem ratione. de donatio.* hæc ibi Aluarot. & quod ſecundum ius commune feudorum, mari-8 tus † vxori ſuæ non poſſit conſtituere dotalitium vel dotatium in feudo abſque conſenſu Domini. In ſpecie ſcribit Matthæus de Afflict. in illo ipſo, quem paulo ante citauimus, *§. Donare, numer. vigeſimo octavo.*

Hinc porro, & quidem tertio ſequitur, quod A M. à P H. tanto etiam minus voluiſſe intelligatur, vt illud, de quo loquimur, dotalitium in bonis fendalibus conſtitueretur vel ex iiſdem præſtaretur. Cum enim contra ius commune feudorum donationes propter nuptias, vel dotalitium in bonis ſuis feudalibus conſtituere non potuerit, *d. §. donare.* vbi Bald. Aluarot. & Math. de Afflict. cõſequens omnino eſt, quod dotalitium in feudis non voluiſſe con-9 ſtituere intelligatur, cum quilibet † voluntatẽ ſuam, voluntati & diſpoſitioni iuris conformare velle videatur, non tantum in vltimis voluntatibus. Bart. *in l. hæredes mei. §. cum ita, ad S C. Trebellian. cum ſimilib ibid. allegat.* per Alexand. de Imol. tradunt Dd. *in l. vt iuriſiurandi. de oper. libert.* Iaſon *in l. Lucius. numer.* 32. & inibi Ioan. Franciſc Ripa *num.* 48. *de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* & ibidem Franciſc. Aret *col fin.* per text, *cap. 1. §. filia vero. de ſucceſſ. feud.* Verum etiam in contractibus, de quibus in propoſito nobis ſermo inſtitutus eſt. *l. quæro. §. inter locat. & l. quidam cum filium. de verborum obligation.* quæ legum capita ad hoc inſtitutum allegat Alciatus *in tractat. Præſumption. Regul. 3. Præſumption.* 32.

Quarto huc etiam accedit, quod idem ille, quem ſæpe dico I. A. à P. pie nunc defunctus, donationem propter nuptias vel dotalitium in bonis ſuis fendalibus, in certa tantum pecuniæ ſumma, conſtituen-10 rum ſe repromiſerit. Cum interim pecunia † res ſit fragilis, adeo quidem, vt feudum in ea regulariter 11 conſiſtere † nequeat, ſed in rebus vel immobilibus duntaxat, vel ſolo cohærentibus, vel denique in iis, quæ inter immobilia connumerantur, *cap. 1. §. final.* & ibi Dd. *de feud. cognit.* & ex facto conſultus reſpondit Hieron. Schurpf. *conſ. 22. caſus talis eſt. Cent. 3. num. 1.* Sicq; idẽ Ioachimus per eiuſmodi repromiſſionem de pecunia, aliiſq; rebus naturam feudi minime ſapientibus factam, ſatis ſuperq; oſtenderit ac ſignificauerit, ſe illam, de qua loquimur, donationem propter nuptias in bonis feudalibus conſtituere voluiſſe.

Ac licet in inſtrumento dotali inter cætera dicatur, quod eius quam multoties dicimus, donationem propter nuptias, vel dotalitii nomine cautio, vel in immobilibus bonis, quæ alii non ſint obligata, vel in certis penſionibus, reditibus, aut pecuniarum prouentibus, quibus vxori nunc autem viduæ Ioachimi ſatis proſpectum ſit, conſtitui debeat, attamen ne ibi quidem bonorum fendalium fit mentio, vt proinde illa ipſa, quæ modo recenſui verba de bonis hæreditariis, vel allodialibus omnino ſint intelligenda. Tum, quod bona feudalia † ab allodialibus vel hæ- 12 reditariis nomine, & quod conſequens eſt, natura etiam ipſa differunt, *l. ſi idem, C. de codicill.* Tum etiam, quod conuentio de rebus hæreditariis vel allodialibus facta, ad bona feudalia nullo modo porrigi vel protendi poſſit, *argument. l. ſi vnus. §. ante omnia. de pactis.* Tum quod bona fendalia regulariter pignori obligari non poſſint, *capit. 1. in princ. verb. pignorare.* & tradunt inibi Dd. *de probib feud. alien. per Feder.* & ſcriptum reliquit Franciſc. Curt. *in tract. feud. part. 6. quæſt. princip. cum ſimilib.* tum etiam quod Dominus I. hanc ipſam conuentionem ſuam iuris feudalis diſpoſitioni conformare voluiſſe intelligatur, *arg. l. quæro. §. inter locat. d. l. quidam cum filium. de verb. oblig. cum reliquis euſdem generis ad idem propoſitum ſupr. allegat.* & de prima quæſtione hæc quidem hactenus.

Die ander Frag iſt dahin gerichtet / ob der Lehenserb / oder aber die Eygens oder Landterben / des verſtorbenen H. J. ſeligen verlaſſene Schulden zu zahlen pflichtig.

Weyl dann jetz wohlgemelter Lehensfolger C. W. wie bey der erſten vnnd dieſer andern Frage gemeldet wird / ſich des verſtorbenen H. J. nachgelaſſener Güter vnd fahrnus nicht vnterfangen / ja auch ſich derſelben halben im wehnigſten nicht einlaſſen wollen / wie jhm dann auch in anſehung / das der verſtorbene Herr J fünff leibliche Schweſtern / vnnd alſo nehere Eygens oder Landterben nach ſich gelaſſen / ſolche Erbgüter von Rechts wegen ohne das nicht gebührt / vnnd alſo Herren J ſeligen Erben / der Erbnehme nicht worden / ſo ſtelle ich gantz vnnd gar in keinen zweyffel / es ſey wohlgemelter Herr C. W. als der bloſſe Lehensfolger / die Schulden von den Lehengütern zu zahlen nicht pflichtig / ſondern ſeine des verſtorbenen Schweſtern / als die ſich ſeiner hinderlaſſenen fahrnuß / auch anderer eygener vnd Erbgüter angemaſt / ſeine gemachte vnnd verlaſſene Schulden / als die Landterben zu zahlen in alle wege verpflicht vnnd ſchuldig / ſintemahl klares vnnd gewiſſen Rechtens / das ein mitbelehnter / auch in dem Fall / da er gleichſam des verſtorbenen Lehenmanns neheſter Landterb ſein möchte / ſich dannoch ſeines verſtorbenen Agnaten vnnd Schwerdtmagen wohl entſchlagen / vnnd ſich zu deſſelben hinderlaſſenen Lehengütern allein halten müge / (wie dann Herr Chriſtoff W. offtgedachtes ſeines verſtorbenen ſeligen Vätters / Herrn J. Erbnehme dißfalls auch nicht worden / vnnd das auff denſelben Fall / der Lehensfolger / keine Schulden zu zahlen gezwungen oder gedrungen werden müge / alldieweyl die Zahlung der gemachte Schulden / eine Laſt der Erbſchafft iſt / vnnd nicht der Lehengüter / es ſey dann ſolche Schuldt ſonderlich alſo geſchaffen / das ſie inter onera & debita feudalia (welches aber

nur

Digitized by Google

nur in etlichen gewiſſen Fällen ſtatt hat) zurechnen/
dann ohne das heyſt es/wie die gemeine Rechtsregul
13 lautet/quod actiones † perſonales, perſonam contrahentis, & hæredom eius minime egrediantur.
14 Item quod † obligationes perſonales non ſequantur feudi poſſeſſorem.

Cum enim vt in facti ſpecie, circa ptimam & ſecundam quæſtiones commemorator ſucceſſor feudalis Vldaricus, Domini Ioachimi piè defuncti pecunias & reliqua bona hæreditaria ſibi non arrogauerit, adeoq; quud conſequens eſt, hæres Domini I. factus non ſit, cum præſertim ſorores eiuſdem Domini I. hæreditatem adieriot, ſibique aſſumpſerint. Non dobium quidem eſt Dominum C. V. veluti nudum & merum feudi ſucceſſorem, ad exſoluenda defuncti debita, nullo modo cogi poſſe, ſed contra quod eiuſdem illius Domioi I. ſorores, eædemque hæredes ipſius einſmodi debita omnino ſoluere teneantur, ſiquidem manifeſti & expediti iuris feudalis, ſi contingat vaſallum ſine maſcula prole de vita excedere, quod proximus agnatus etiamſi maxime hæreditas etiam defuncti de iure ad eum pertineret, poſſet tameo nihilominus tepudiata hæreditate, feudom ſi paternum fuerit (vt in propoſito noſtro) retinere, adeo quidem vt de debito hereditario, feudi nomine quicquam ſoluere noo teneatot. Textus eſt manifeſtus *in capit. 1. in princ.* & tradunt ibi Dd. *an*
15 *agnat. vel fil. defun.* ex quo perſpicitur, debitum † vel æs alienum vaſalli, regulariter non eſſe onus feudi, & non immerito quidem, cum enim ſucceſſor feudalis hoc caſu ex perſona defuncti vaſalli nihil penitus lucri capiat, conſeotaneum modis omnibus eſt, vt facta ipſius præſtare, vel debita ab ipſo contracta exſoluere haudquaquam teneatur. *l. ex qua perſona.* à cootrario ſeoſu *de regul. iur.* Contra vero æs a-
16 lienum † vaſalli onus hæreditatis eſſe inficiari nemo poteſt. *l. ſi certarum. §. Iulianus. de milit. teſtament.* Ea coque fit, quod hæredes æris alieni onus pro hæreditariis portionibus agnoſcere oporteat. *l. ex facto 2. verſ. vnde ſi in quaſitum. de hæredib. inſtituend. l. 1. C. ſi cert. petat. l. t & 2. C. de heredit. act.* Nec ſane iniuria cum & emolumenti hæreditarii pro ratis & hæreditariis portionibus fiant participes, *l. quoties §. heredes de heredib. inſtit. & l. quoties. Codic eod. titul.* non ſolum hæreditatem adeundo, cum creditoribus hæreditariis contrahere quodam modo intelligantur, *l. 3 in fin. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* verum etiam adita iam hæreditate Domini eſſe cenſeantur, *l. his verbis. in princ. de heredib. inſtituend. §. pen. inſt. de hered. qualitat. & different.* quos textus in hanc ſententiam allegat Cranet. *in conſ. 201.*
17 *per arbitros electos. nu. 35.* & cum hæres † dum adit hæreditatem, omnia velle intelligatur, quæ ipſemet voluit defunctus, *l. hæres. pro ſoc cum ſimilib. allegat.* per D. Henoing. *de iur. ciuitat. conſ. 3. num 7.* Quin etiam ipſius defuncti perſonam referat atq; repræſentet. *l. cum milet. in princip. quib. ex cauſ. maior. l. hæres & hæreditas. de vſucap. l. cum hæres. de diuerſ. & temporalib. præſcript. & authen. de iureiurand. à moriente præſt collat. 5* inde fit, qood hæres factum defuncti, in cuius locum ſucceſſit, ex cuius perſona lucrum cepit, improbare non poſſit, ſed illud ipſum omoino ratom habere teneatur. *l. ex qua perſona* & not. inibi Dd. *de reg. iur. l. quæ à patre C. de reſtit. milit. l. cum à matre. C. de rei vendicat. & l. ſi ab eo, C. de liber cauſ. cum reliquis eiuſdem generis.* quod longe ſecus eſt io oudo vel mero ſucceſſore feudali, quippe ad qoem de hæreditate vaſalli defuncti, nullum prorſus commodum redundarit, quique etiam in feudum ſuccedat, non quidem ex facto vel beneficio defuncti, ſed beneuolentia & prouidentia concedentis. Quemadmodom ſcribunt Dd. *dict. cap. 1. an agnat. vel fil defunct.* vbi Matth. de Afflict. *nu. 3.* allegat teatum *in cap. 1. de ſucceſſ feud. in l. ſi arrogator, de adopt. in l. cum patronus de legat. 2.*

Vt non immerito quidam dixiſſe videatur feu-
dum † non obligari pro debitis vaſalli, quippe quod 18
regulariter nec expreſſe quidem poſſit obligari. Baldus *in dict. cap. 1. nu. 22. in fin. an agnat. vel fil. defunct.* adeo quidem, vt etiamſi vaſallus debiti à ſe contracti nomine feudum in ſpecie, minus tamen legitime obligaſſet. Domino tamen vel vaſallo oullum poſſet generare præiudicium, cum perſooalis tantum obligatio fuerit contracta, Paris de Put. *in c. 1. verſ. an ſi vaſallus contraxit debita. de inueſt. de re alien. fac.* quæ quidē
perſonalis † obligatio vel actio eius ſolummodo, 19
cum quo negotium contractum eſt, perſonam eiuſque hæredes ſequitur *l. actionum genera verſic. in perſonam de act. & obligat.* Contra vero fundi poſſeſſorem minime comitatur, *l. fin. in fin. de contrahend. empt. & l. 1. §. ſi hæres. ad S. C. Trebell.*

Et hæc de iis debitis † accipienda ſunt, quæ mere 20
ſunt perſonalia, nihilque cum feudis habeor commune. Sio autem feudi occaſione contracta eſſent, aliter videretur dicendum ſecundum ea quæ tradūt Dd. *in cap. 1. §. quid ergo.* vbi Andr. de Iſern. *nu. 6.* Martin. Laudenſ. *num. 12 ad fin.* Paris de Put. *col. 2. verſic. an ſic fiat executio.* Et Matth. de Afflict. *num. 9. de inueſtit. de re alien. fact. Dd in all cap 1. an agnat. vel fil. defunct.* vbi idem Andr. de Iſern. *num. 3.* (quem porro reliqui Dd. ſequuntur) *in d. §. quid ergo.* & ibidem Matth. de Afflict *num 19. & 23.* Bald. *conſ. 232 Fœmina. num. 2. lib. 3.* Albert Bruo. *conſil. 10. inter conſilia feudalia.* cum reliquis eiuſdem generis allegat. per Cranet. *conſ. 197. nu. 1.* quæ autem illa ſiot debita, quæ occaſione feudi contrahuntur, inferius ſoo loco breuiter exponemus. Et hæc habui de ſecunda quæſtione quæ dicerem.

Die dritte Frag/ welche in facti contingentia die ander Frag gemeldet wird/ iſt dieſes inhalts. Weil J. C. M. zu B nunmehr ſeliger/ zweyerley Güter hinder ſich verlaſſen/ eins zu G. ſo vnter dem H. zu S auch J. F. G. Rechten vnd Landsordnung vnterworffen/ das ander aber im Lande zu F an der A M vnd Käyſerlichen Rechten/ vnd F gebreuchen vnterworffen/ gelegen/ ob H. C. V in dem Fall da vieleicht die engē Erben jhre anforderung auff die S. Recht vñ Landsordnung richten vnnd anſtellen möchten/ ſich der S. Recht vnnd Gebräuche/ oder aber der Käyſerlichen Recht/ vnd F. Gebräuche/ in anſehen das P. an der nützung ja ſo viel einkommens hat/ als G zuhalten vnd zugebrauchen habe/ vnd an welchen ort er zugeſtehen ſchuldig.

Auff dieſe Frage kürtzlich zu antworten/ weyß ich mich zu erinnern/ das in facti narratione vnter andern gemeldet wird/ das G ſo auff S. boden gelegen/ vnd demnach auch den S. Rechten vnterworffen iſt/ lauter Lehen ſey. So wird ferner daſelbſt auch geſagt/ das H. C. V. als der Lehen erb ſich des verſtorbenen H. J. ſeligen hinderlaſſener fahrnüs/ auch anderer eygener Güter nicht vnterfangen/ vnd alſo dafür ſichs bey mir anſehen läſt/ ſolcher Güter keine innen hab noch beſitze. Weyl denn nun G. ſo auff S. boden gelegen/ lauter Lehen iſt/ ſo folget nothwendig das H. J ſeligen Schweſtern vnd Landerbin/ (als Weybliche Perſonen/ welche der Männlichen Lehengüter vnvehig)

Google

vnvehig) ſich derſelben nicht anzumaſſen / vnd demnach auch Herren C. V. derwegen zubelangen nicht befugt. Vnd ob wohl in facti ſpecie nicht angezeygt wird / das es zu P. nicht allein Lehen / ſondern auch eygne Güter hab / ſo kan ich gleichwol nachmahls bey mir nicht befinden / waſſerhalb viel vnd wohlgedachts Herrn J ſeligen Schweſtern vnnd Erben H. C. V. ſolcher eygnen Güter halben ſollen belangen können / ſonderlich aber auß was vrſachen ſie ire anforderung wieder zu auff die S Recht ſollen richten können / dan wollen ſie ſolche B. eygner od' erbgüter halben klage vñ forderung anſtellen / ſo werden ſie (à ſufficiente partiũ enumeratione) entwed' / poſſeſſorio od' petitorio klagen müſſen. Wollen ſie nun ſich des remedii poſſeſſorii gebrauchẽ / petẽdo ſcil. immiſſionẽ ex diſpoſitione *l. fi. C de edict. diui Adr. toll.* vel agendo interdicto, quorũ bonorũ welches dañ auch ſchwerlich würde geſchehen können / ſintemahl ſolch interdictum nit anders / dann allein zu erlangung der poſſeſſion vniuerſorum bonorum ſtatt hat / ſo wird ſolches an dem ort / da berührte eygne Güter gelegen / vnd alſo im L zu F. nothwendig geſchehẽ müſſen / vñ mag demnach in iudicio poſſeſſorio ſolcher güter halben keine anforderung in ſolo Saxon. angeſtelt / viel weniger aber auff die S. R. gerichtet werden. Vnd ob wol die Landserben vieleicht zum andern in petitorio etwz zu erlangen / od' petitione hæreditatis anzuſtellen willens. Wiewol ſie hetten etwan an dem ort / da der beklagte ſeinen Häußlichen anſitz hat / oder aber vnter den die ſtreytigen Erbgüter gelegen / jre klage vnd anforderũg zuerheben / ſo köndte dannoch ſolchs anderer geſtalt auch nit geſchehẽ / dañ da der H. C. V ſolche angewandte Erbgüter / gar vnd zum theyl inuen het vnd beſeſſe / wie in dem vberſanten bericht gemeldet wird / derſelben niemals vnterfangen noch angemaſt.

